Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprehensamque tenet, pedibusque euiscerat vncis
Tū cruor & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.
Vtq. volans alte raptum cum fulua draconem ibid.
ab aquila Fert aquila, implicuitq. pedes, atque vnguibus hęsit.
Saucius. at serpens sinuosa volumina versat
Arrectisq horet squamis, & sibilat ore,
Arduus īsurgēs: illa haud minus vrget adūco
Luctantem rostro simul æthera verberat alis:
Haud aliter prædam Tiburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans.
Ac velut ille, prius q̄ tela inimica sequantur, ibid.
Continuo in montes sese auius abdidit altos
a lupo Occiso pastore lupus, magnoue iuuencæ.
Concius audacis facti, caudamq. remulcens
Subiecit pauitantem vtero, siluasq. petiuit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Arūs
Indum sanguineo velati violauerit ostro vir. 12. Aen.
ab ebore Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa, tales virgo dabat ore colores.
His agitur furijs, totaq. ardentis ab ore ibid.
Scintillæ absistunt, oculis micat oribus ignis.
a tauro Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos aciet atq. irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventosq. lacessit
Ictibus. & sparsa ad pugnam proludit arena,
Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto ibid.
a borea Insonat Aegeo sequiturq. ad littora fluctus,
Qua venti incubuere, fugā dant nubila cælo
Sic Turno, quacunq. viam secat, agmina cedūt
Qualis vbi ad terras abrupto sidere nimbus ibid.
a tempestate It mare per medium, miseris heu pręscia lōge
Horrescunt corda agricolis, dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq. satis, ruet omnia late.
Ante volant, sonitumq. ferunt ad littora vēti:
Talis in aduersos ductor Rhæteius hostes
Agmen agit.
Insequitur trepidique pedem pede feruidus vrget: ibid.
Inclusum veluti si quando flumine nactus
a ceruo Ceruum, aut puniceæ septū formidine pœnæ
Vena-

Venator cursu canis,& latratibus instat:
Ille autem insidijs,& ripa tertius alta
Mille fugit resurgitq. vias: at viuidus Vmber
Erret hians,iam tamq.tenet,similisq.teneri
Increpuit malis,morsuq.elusus inani est.

ibid. Illa volat,celeriq ad terram turbine fertur
Non secus ac neruo per nubẽ impulsa sagitta, | a sagitta
Armatam sæui Parthus,quam felle veneni,
Parthus siue Cydon,telũ immedicabile torsit
Stridens,& celeres incognita transijt vmbras:
Talis se fata Nocte tulit, terrasq. petiuit.

Ou. 6.Met Sed tamen erubuit subitusq. inuita notauit.
Ora rubor,rursusq euanuit,vt solet aer | ab aere
Purpureus fieri, cum primũ aurora mouetur.

ibid. Illic & Tyrium quæ purpura sentit ahenum
Texitur,& tenues parui discriminis vmbræ.
Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus | ab arcu cælesti
Inficere ingenti longum curuamine cælum,
In quo diuersi niteant cum mille colores.
Transitus ipse tamen spectãtia lumina fallit;
Vsque àdeo quod tangit idem est,tamen vltima distant.

ibid. Frena dabat Sipylus veluti cum præscius imbres
Nuba fugit visa, pendentiaq; vndiq.rector | a nauta
Carbasa deducit,ne quà leuis effluat aura.

ibid. ——& nusquam lumen detorquet ab illa: | ab aquila
Non aliter,quam cum pedib. prædator adũcis
Deposuit nido leporem Iouis ales ab alto.
Nulla fuga est capto:spectat sua pmia raptor

ibid. Illa tremit,velut agna pauens,quę saucia cani | ab agna
Ore excussa lupi,nondum sibi tuta videtur;
Vtq.colũba suo madefactis sanguine plumis
Horret adhuc,auidosq.timet,quibus hæserat,vngues.

Ou.5. Met. Tigris vt auditis diuersa valle duorum | a tigride
Extimulata fame mugitibus armentorum,
Nescit vtro potius ruat, & ruere ardet vtroq.
Sic dubius Perseus,dextra leuaue feratur. | a columba

ibid. Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat:
Vt fugere accipitrem penna trepidãte colũbæ | a nubibus
Vt soler accipiter trepidas vrgere columbas.

Ou. 3.Met. Qui color infectis aduersi Solis ab ictu
Nubibus esse solet,aut purpureæ auroræ,
Is fuit in vultu visæ sine veste Dianæ.

ibid. ——flamma propiore calescit.
Non aliter quam cum summis circũlita tedis | a tedis seu lampadibus

Admo

	Admotas rapiunt viuacia sulphura flammas.	
	Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem.	Ibid.
a pomis	Non aliter, quā poma solēt, quæ cādida parte.	
	Parte rubent, aut vt varijs solet vua racemis	
	Ducere purpureum nondum matura colorem.	
	——vt intabescere flauæ	ibid.
a cera	Igne leui ceræ, matutinæq. pruinæ Sole tepen te solent.	
	Et crescit rabies, moderaminaq ipsa nocebāt	
	Sic ergo torrentem, qua nil obstabat eunti,	
	Lenius, & modico strepitu decurrere vidi.	
	At quacumque trabes, obstructaque saxa tenebant.	
	Spumeus, & feruens, & ab obice sæuior ibat.	
ab equo	Vt fremit acer equus, cum bellicus ære canoro	ibid.
	Signa dedit tubicen, pugnæq. assumit amorē.	
	Penthea sic ictus longis vlulatibus æther	
	Mouit, & audito clamore recanduit ira.	
a teda	Vror, vt inducto ceratæ sulphure tedæ,	Oui.Ep.7.
	Vt pia famosis addita tura rogis.	
	Vt mare si tremulum tenui cū stringitur aura	Ou.11. Me.
ab arboribus	Vt quatitur tepido fraxina virga Noto	
	Sic mea vibrari pallentia membra videres.	
ab aristis	Vtq. leui Zephyro graciles vibrantur aristæ,	Oui .ep.14.
	Frigida populeas vt quatit aura comas.	
	Aut sic, aut etiam tremui magis.	
a Venere & Paride	Namque Iulia Mallio Qualis Idaliam colēs	Catullus.
	Venit ad Phrygium Venus Iudicem, bona cum bona	
	Nubit alite virgo velut enitens	Idem.
ab Hyacintho	Myrtus Asia ramulis.	
	Talis in pario solet Diuitis Domino hortulo	
a flore	Stare flos hyacinthinus.	
	Vt flos septis secretus nascitur hortis,	
	Ignotus pecori nullo contusus aratro,	Idem.
	Quē mulcent auræ, firmat Sol, educat imber.	
	Multi illum pueri, multæ optauere puellæ:	
	Idem cum tenui carptus defloruit vngui.	
	Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ.	
	Sic virgo dum intacta manet.	
	Vt vidua in nudo vitis quæ nascitur aruo,	
	Nunquam se extollit, nunquam mitem educat vuam:	
a vite	Sed tenerum prono deflectēs pondere corpus,	Idem.
	Iam iam contingit summum radice flagellū,	
	Hanc nulli agricolæ, nulli accoluere iuuenci:	
	At si forte eadem est vlmo coniuncta marito	

Multi illam agricolę, multi accoluere iuuēci:
Sic virgo dum intacta manet.

Idem. Nam velut in summo quatientē brachia tauro
Quercum aut cornigeram sudāti cortice pinū
Indomitus turbo contorquens flamine robur — a turbine
Eruit illa procul radicibus extirpata
Prona cadit, lateq; & cominus omnia frangit.
Sic domito sæuū prostrauit corpore Theseus

Idem. Nāq; velut densas prosternens messor aristas, — a messoribus
Sole sub ardenti fluentia demetit arua,
Troiugenū infesto prosternet corpora ferro.

Idem. Mæsta nec assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent, neque tristi imbre madere genæ. — a riuo
Qualis in aerij pellucens vertice montis
Riuus muscoso prosilit è lapide.

Tib. lib. 3. Candor erat qualem præfert Latonia Luna, — a lunæ candore
Et color in niueo corpore purpureus:
Vt iuueni primum virgo deducta marito — a virgine recens nupta
Inficitur teneras ore rubente genas:
Vt cum contexunt amaranthis alba puellæ — a puellis
Lilia, & autumno candida mala rubent.

Tib. lib. 4. Nec tamen hinc aut hinc tibi laus maiorue, minorue:
Iussa pari premitur veluti cum pondere libra — a libra
Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa.

——sed media cecidere abrupta iuuenta
Gaudia, florētesq; manu scidit Atropos annos — a lilijs & rosis

Idem. Qualia pallentes declinant lilia culmus,
Pubentesq. rosæ primos moriuntur ad Austros
Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis

Luc. 1. Pha. ——gaudensque viam fecisse ruina.
Qualiter expressum ventis per nubila fulmē — a fulmine
Ætheris impulsi sonitu, mundiq fragore
Emicuit, rupitq. diem, populosq. pauenteis
Terruit, obliqua præstringuens lumina flāma
In sua templa furit, nullaq; exire vetante
Materia, magnāq. cadēs, magnamq reuertens
Dat stragem latè, sparsosq recolligit ignes
——sicut squalentibus aruis

Idem. Æstiferæ Libyes viso leo comminus hoste — a leone
Subsedit dubius, totam dum colligit iram:
Mox vbi se sæua stimulauit verbere caudæ,
Erexitq. iubas, vasto, & graue murmur hiata,
Infremuit, tum torta leuis si lancea Mauri
Hæreat, aut lutum subeant venabula pectus
Per ferrum tanti securus vulneris exit.

——it tantus ad æthera clamor, ibid.
a boreâ Quantus pinniferæ Boreas cũ Thracius Ossæ
Rupibus incubuit curuato robore pressæ
Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera siluæ
ab austro Inconsulta ruit, qualis cum turbidus Auster ibid.
Reppulit a Libycis immensũ Syrtibus æquor
Fractaq. veliferi sonuerunt pondera mali,
Desilijt in fluctus deserta puppe magister,
Nauitaq. & nondum sparsa compage carinæ,
Naufragium sibi quisq; facit: sic vrbe relicta
In bellum fugitur.
a tempestate Aut ita diffugiens, vt tempestate coortâ, Luc.lib.1.
Fulmina diffugere, atque imbreis, ventosq; videmus.
Et re dante capit iudex, quã non habet, iram: Lu. ad Ca.
ab auriga Sic auriga solet feruentia Thessalus ora Pis.
Mobilibus frenis in aperto flectere campo,
Qui modo non solũ rapido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat, modo torquet in auras.
Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
a vento Ventus vt amittit vires, nisi robore densæ Luc.3.Pha.
Occurrant siluæ, spatio diffusus inani,
Vtq. perit magnus nullis obstantibus ignis,
Sic hostes mihi deesse nocet.
ab æstu maris Vt quoties æstus Zephyris Eurisq repugnat, Ibid.
Huc abeant fluctus, illuc mare sic vbi puppes
Sulcato varios duxerunt gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis remis, hæc repulit æquor.
a re nautica Sed nox sæua modum venti, veliq. tenorem Luc.5.Pha.
Eripuit nautis, excussitq. ordine puppes:
Strimonia sic gelidum, bruma pellente, relinquunt
Poturæ te Nile grues, primoque volatu
Effingunt varias, casu monstrante figuras:
Mox vbi percussit tensas Notus altior alas,
Confusos temere immistæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit dispersis littora pennis.
ab elephante Par pelagi monstris. Libycæ sic bellua terræ, Luc.6.Pha.
Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas:
Viscera tuta latent penitus, citraq. cruorem
Confixæ stant tela feræ, tot facta sagittis.
Tot iaculis vnã non explent vulnera mortem.

Panno-

ibid.	Pannonis haud aliter post ictum sæuior vrsa	ab vrsa vulnerata
	Cum iaculum parua Libys amẽtauit habena,	
	Se rotat in vulnus, telumq; irata receptum	
	Impetu, & secum fugientem circuit hastam.	
Ou.2.Met.	Vt volucris visis rapidissima miluius extis,	a miluio
	Dũ timet, & densi circumstant sacra ministri,	
	Flectitur in gyrum, nec longius audet abire,	
	Spemq. suam motis auidus circumuolat alis:	
	Sic super Actæas agilis Cyllenius arces	
	Inclinat cursus, & easdem circinat auras.	
ibid.	Quanto splẽdidior, quam cætera sidera fulget	
	Lucifer, & quanto, quã Lucifer, aurea Phœbe:	á lucifero
	Tanto virginibus præstantior omnibus Herse	
	Ibat, eratq. decus pompæ, comitumq. suarum.	
Lucr.lib.4.	Paruus vt est cygni melior clamor ille, gruum quam	a cygno & gruibus
	Clamor in ætherijs dispersis nubibus Austri.	
ibid.	——cinere vt multa latet obrutus ignis,	ab igne sub cineribus
	Vnde reconflari sensus per membra repente	
Ou.14.Me.	Possit, vt ex igni tecto consurgere flamma.	
	——flagrant quoque lumina Nymphæ:	
\	Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe	
	Opposita speculi refertur imagine Phœbus,	a Phebo.i.solẽ
ibid.	——alternaque brachia ducens	a lilijs sub vitro
	In nitidis translucet aquis: vt eburnea si quis	
Sil.Ita.li.1.	Signa tegat claro, vel candida lilia vitro.	
	Tum ductorẽ auido clamore in mænia poscit:	
	Fulmineus ceu Spartanis latratibus actus,	
	Cum siluam occursu venantum perdidit, hirto	ab apro
	Horrescit sæuus dorso, & postrema capescit	
	Prælia, candentem mandens aper ore cruorẽ:	
	Iamque gemens gemitum contra venabula torquet,	
ibid.	Lethiferumq; micãt fulgentes vertice cristę:	
	Crine vt flammifero terret fera regna cometes	á cometa
	Sanguineum spargens ignem, vomit atra rubentes	
	Fax cælo radios, & sæua luce coruscum	á gubernatore nauis
	Scintillat sidus, terrisq. extrema minatur.	seu nauarcho
ibid.	Prouidus hæc ritu vatis fundebat ab alto	
	Pectore præmeditans Fabius surgentia bella:	
	Vt sæpe è celsa grandæuus puppe magister	
	Prospiciens signis venturum in carbasa Corũ,	
	Summo iam dudum substringit lintea malo.	
Sil.Ita.li.2.	Semi ambusta iacet nullo discrimine passim	
	Infelix obitus, permixto funere turba:	

a leone

Ceu stimulante fame, cum victor ouilia tandē
Faucibus inuadit siccis leo, mandit hianti
Ore fremens imbelle pecus, patuloq. redūdat
Gutture ructatus large cruor, incubat atris
Semesæ stragis cumulis, aut murmure anhelo
Infrendens, laceros inter spatiatur aceruos:
Latè fusa iacens, pecudes, custosq; molossus,
Pastorumque cohors, stabulique gregisque magister,
Totaque vastatis disiecta mapalia tectis.
Iamque aderat, clypeumque viri, atque immania membra — Sil. Ita. li. 5.
Lustrabat visu, propiorque a fronte coruscę
Lux galeæ sæuas paulum tardauerat iras:

a leone

Haud secus ac specula præceps delatus opaca
Subsidens campo summissos contrahit artus,
Cum vicina trucis conspexit cornua tauri,
Quamuis longa fames stimulet, leo, nunc ferus alta
Surgenteis ceruice toros; nunc toruа sub hirta
Lumina miratur fronte, aciam signa mouētē,
Et sparsa pugnas meditantem spectat arena.

ab aqua bulliente

Iraq. anhelatum proturbat pectore murmur: — ibid.
Vt multo accensis feruore exuberat vndis
Clausus, vbi exusto liquor indignator aheno.
Infractasque minas dilato Marte fatigat — Sil. Ita. li. 7.
Sollers cunctandi Fabius: ceu nocte sub atra

a pastore

Munitus pastor stabulis, per ouilia clausum
Impauidus summi seruat pecus, effeta sæuit,
Atq. impasta truceis vlulatus turba luporum
Exercet, morsuq. quatit restantia claustra.

a radijs luminis reflexis ab aqua

Nulla vacant incæpta dolis, simul oĩa versat, — ibid.
Miscetque exacuens varia ad conamina mentem:
Sicut aquæ splendor radiatus lampade Solis
Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans
Luminis, & tremula laquearia verberat vmbra. — ibid.
Agmina deturbat gladio, campumq. relaxat,
Donec Sidonius deciderat æquore ductor:
Ceu stimulante fame, rapuit cum Martius agnum

a lupo

Auerso pastore lupus, fætumq. trementem
Ore tenet presso: tum si vestigia cursu
Auditis celeret balatibus obuia pastor,
Iam sibimet metuens spirante dentibus imis
Reiectat prædam, & vacuo fugit æger hiatu.

Hæc

Sil. Ital.l.8. Hæc postquam increpuit, portis arma incitus effert,
Impellitq; moras, veluti cum carcere rupto
Auriga indociles totas effundit habenas, — ab auriga
Et præceps trepida pendens in verbera plãta
Impar fertur equis, fumat male concitus axis,
Ac frenat incerto fluitans discordia curru.
Sil.Ita.li.10 Consequitur melior planta, atque obtruncat Acerram:
Vt canis occultos agitat cum Belgicus apros, — a cane venatico & apris
Erroreisq. feræ sollers per deuia mersa
Nare legit, tacitoq; premens vestigia rostro
Lustrat inaccessos venantum indagine saltus:
Nec sistit, nisi conceptum sectatus odorem,
Deprendit spissis arcana cubilia dumis.
ibid. Armiger haud aliter magni Iouis, anxia nido — ab aquila
Quũ dignos nutrit gestãda ad fulmina fætus,
Obuersam spectans ora ad Phaetontia prolẽ,
ibid. Explorat dubios Phœbea lampade natos.
Tandẽ cũ toto cecidit grege, nomẽ in Vmbro
Clarum crista diu populo, ceu fulmine celsa
Aesculus, aut proauis ab origine cognita q̃rcus — a quercu fulmine percussa
Cum fumat percussa Ioui, sacrosq; per æuum
Aetherio ramos populantur sulphure flãmæ,
Donec victa Deo latè procumbit, & omnem
Collabens operit spatioso stipite prolem.
ibid. Sedit terribilis clypeum super ore cruento: — a leone vulnerato
Immanis ceu depulsis leuioribus hastis
Accepit leo cum tandem per pectora ferrum,
Stat teli patiens, media tremebundus arena,
Ac manante iubis, rictuq; & naribus vnda
Sanguinis, interdum languentia murmura
Sil.Ita.l.11. torquens
Effundit patulo spumantem ex ore cruorem. — a leone victore
Inuadit, vincitq. manus post terga catenis:
Illatus velut armentis super ardua colla
Cum sese imposuit, victorq; immane sub ira — a tigride
Infremuit leo, & ĩmersis grauis vnguib. hæsit,
Sil.It.l.12 Mandit anhelantẽ pendens ceruice iuuencũ.
Euolat, & minitãs auida ad certamina fertur:
Haud secus amisso tigris si concita fætu
Emicet, attonitæ paucis lustratus in horis
Caucasus, & saltu transmittitur alite Ganges,
Donec fulmineo partus vestigia cursu
Sil.Ital.l.6 Colligit, & rabiem prenso consumit in hoste.
—— hic aggere septus
In tẽpus, positã ad renouandũ bella coquebat:

Additus vt silua stabulis cum cessit a demptis
a tauro — Amisso taurus regno gregis, auia clauso
Molitur saltu certamina, iamq; feroci
Mugitu nemora exterret, perq; ardua cursu
Saxa ruit, sternit siluas, rupeisq. lacessit
Irato rapidus cornu, tremit omnis ab alto
Prospectans scopulo pastor noua bella paratẽ.
Qualiter Assyrios renouant incendia nidos, — Mart. lib. 5.
a phœnice — Vna decem quoties sæcula vixit auis.
Taliter exuta est veterem noua Roma senectam,
Et sumpsit vultus Præsidis ipsa sui.
——nec adhuc omneis — Se. ĩ he. fur.
ab vndis maris — Expulit æstus, sed vt ingenti
Vexata Notos seruat longos
Vnda tumultus, & iam vento
Cessante tumet.
Vix tempore animos, vix dolor frenos capit: — Sen. in Th.
a cane venatico — Sic cum feras vestigat, & longo saxas
Loro tenetur Vmber, ac presso vias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret; & tacito locum
Rostro peterrat: præda cum propior fuit,
a leone — Ceruice tota pugnat, & gemitu vocat
Dominum morantem, seq; retinenti eripit.
Silua iubatus qualis Armenia leo — ibid.
a saxo maris — In cæde multa victor, armento incubat,
Cruore victus madidus, & pulsa fame
ab eodem — Non ponit iras hinc, & hinc tauros premens
Vitulis minatur dente iam lasso piger;
Non aliter Atreus sæuit, atque ira tumet.
Vt dura cautes vndique intractabilis — Sen. in Hip.
Resistit vndis, & lacessentes aquas
Longè remittit, verba sic spernit mea,
Vt alia ventos semper excipiunt iuga, — Sẽ. in Oedi.
Rupemq; saxis vasta detrimentem freta,
ab vnda maris — Quamuis quieti verberant fluctus maris,
Imperia sic excelsa fortunæ obiacent.
——fluctibus varijs agor, — Sen. ĩ Agæ.
Vt cum hinc profundum ventus, hinc æstus rapit,
a torrente — Incerta dubitat vnda, cui cedat malo.
Ecce, velut torrens vndis pluuialibus auctus, — Oui. 2. Fast.
Aut niue, quæ Zephyro victa repente fluit,
Per sata perq; vias fertur, nec, vt ante solebat,
Riparum clausas margine finit aquas.
Sic Fabij vallem latis discursibus implent,

Quod-

ibid. Quodque vident sternunt, nec motus alter inest.
Sicut aper longè siluis latratibus actus ab apro
Fulmineo celereis dissipat ore caneis:
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur multi,
Vulneraq; alterna danitq; feruntq; manu.
ibid. Attonitusq; metu redijt, ceu sæpe viator a viatore
Turbatum viso retulit angue pedem.
Ou. 1. Trist. Eleg. 1. Terretur minimo pennæ stridore columba a columba
Vnguibus accipitris saucia facta tuis.
Non procul a stabulis audet discedere, si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cælum Phaethon si viueret, & quos
Optauit stultè, tangere nollet equos.
Me quoq; quæ sensi, fateor Iouis arma timere, ab auro obryzo
Mereor infesto, cum tonat, igne peti.
ibid. ele. 4. Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum, a floribus hortorum
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Ou. 10. Me. Vt si quis violas, riguoq; papauera in horto,
Liliaq; infringat fuluis hærentia linguis,
Marcida demittant subito caput illa grauatum
Nec se sustineant, spectentq; cacumina terrã:
Sic vultus moriens iacet, & defecta vigore
Ipsa sibi est oneri ceruix, humeroq; recumbit.
Ac velut officijs trepidantibus ora puellę
Spe propriore tori mater solertior ornat
Adueniente proco, vesteisq;, & cingula cernit
Sæpe manu, viridiq; angustat iaspide pectus
Substringitq; comam gemmis, & colla monili
Circuit, & bacc s onerat candentibus aureis:
Sic oculis placitura tuis, insignior auctis
Collibus, & nota maior se Roma videndum
Obtulit, addebãt pulcrum noua mœnia vultũ.
Sta. 3. The. Ac velut hiberno deprensus nauita ponto,
Cui neque temo piger, neque amico sidere monstrat a nauis
Luna vias, medio cæli pelagiq; tumultu
Stat rationis inops: iam iamque aut saxa malignis
Expectat submersa vadis, aut vertice acuto
Spumanteis scopulos erectæ incurrere proræ:
Talis opaca legẽs nemorum Cadmeius heros
Man. lib. 1. Accelerat.
Ac veluti virides discernit semita campos, a semita viæ
Quã terit assiduo renouãs iter orbita tractu,
Inter diuisas æqualibus est via parteis:
Vt freta canescunt sulcum ducente carina,

Accipiuntq; viam fluctus spumãtibus vndis,
Quam tortus verso mouit de gurgite vertex:
Candidus in nigro lucet sic limes Olympo,
a nauarcho & remige — Cæruleum fundens ingenti lumine mundũ.
——quantoq. ratem qui temperat, anteit — Ou.13.Me.
Remigis officium, quanto dux milite maior
a milite, &c. — Tantum ego te supero.
Rusticus agricolã, miles fera bella gerentem, — Ou. 2. đ Põ.
Rectorem dubiæ nauita puppis amat:
Tu quoque Pieridum studio studiose teneris,
a Deis — Ingenioq; faues ingeniose meo.
Vtq; Deos, cælumq. simul sublime tuenti, — Ou.2.Trist.
Non vacat exiguis rebus adesse Ioui:
Ex te pẽdentem sic dum circumspicis orbem,
Effugiunt curas inferiora tuas.
ab Ennio poeta — Vtq; suo Martem cecinit grauis Ennius ore, — Ou.2.Trist.
Ennius ingenio maximus, arte rudis:
Explicat vt causas rapidi Lucretius ignis,
Caussarumq; triplex vaticinatur opus:
Et sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
ab Apelle & Phidia — Femina: cui falsum Lesbia nomen erat.
Vt Venus artificis labor est & gloria Coi, — Ou.4.đ Põ.
Æquoreo madidas q̃ premit imbre comas:
Arcis vt Actææ vel eburna vel ærea custos
Bellica, Phidiaca stat Dea facta manu.
Vẽdicat vt Calais laudem, quos fecit, equorũ,
Vt similis veræ vacca Myronis opus:
Sic ego sum rerum non vltima Sexte tuarum,
Tutelæq. feror munus opusq. tuæ.
Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ, — Prop. lib.3.
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes:
Hic satus ad pacẽ, hic castrensib. vtilis armis,
Naturæ sequitur semina quisque suæ.
Nõ sic Æmonio Salmonida mistus Enipheo, — Tib, lib.3.
Tenarius facili pressit amore Deus:
Nec sic cæleste flagiãs amor Herculis Heben,
Sensit in Oetæis gaudia prima iugis.
Vt solet à ventis alimenta resumere, quæq. — Ou.7. Met.
Parua sub inducta latuit scintilla fauilla
Crescere, & in veteres agitata assurgere vires:
Sic iam lenis amor, iam quem languere putares,
ab igne sub cineribus — Vt vidit iuuenem, specie præsentis inarsit.
Vt leuis absumptis paulatim viribus ignis
Ipse latet, summò candet in igne cinis, — Ou. 2. đ art.
Sed tamen extinctas admoto sulfure flammas
Inuenit, & lumen quod fuit antè, redit:

Sic

Sic vbi pigra situ securaq; pectora torpent.
Acribus est stimulis eliciendus amor.
Ou.2.de re. Et pæne exstinctum cinerem si sulfure tāgas, ab eodem
Viuet,& ex minimo maximus ignis erit:
Sic nisi vitaris quidquid reuocabit amorem,
Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit.
Ou. 2.Met. Non secus exarsit,q̄ cum Balearica plumbum a funda
Funda iacit: volat illud, & incandescit eūdo,
Et quos nō habuit sub nubibus inuenit ignes.
Non secus exarsit, conspecta virgine Tereus,
Ou.6.Met. Quàm si quis canis ignem supponit aristis, ab igne seu flamma
Aut frondē, positasq; cremet fenilib. herbas.
Ouid. in Phaet. Scilicet vt teneros lędūt iuga prima iuuēcos, a iuuenco
Frenaq. vix patitur de grege raptus equus: a fluctibus
Sic malè, vixque subit primos rude pectus amores.
Vt solet à magno fluctus languescere flatu,
Oui.2.Fast. Sed tamen à vento qui fuit,vnda tumet:
Sic quamuis aberat placitæ præsentia formæ,
Ou.9.Met. Quē dederat præsens forma, manebat amor
Haud aliter graditur q̄ si venabula Taurus a tauro vulnerato
Corpore fixa gerat,factiq; refugerit auctor:
Sæpe illum gemitus edentem,sæpè trementē,
Sæpe retentantem totos infringere vectes, a leæna
Sternentemq; trabes irascentemq; videres.
Ou.13.Me. Vtq; furit catulo lactente orbata Leæna,
Signaq.nacta pedum sequitur, quem non videt hostem:
Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit irā,
Non oblita animorum, annorū oblita suorū,
Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis.
Ou. 7.Met. ——Vtq; solent pleni resonare Camini, a caminis
Aut vbi terrena silices fornace soluti,
Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum
Pectora sic intus clausas voluentia flammas
Gutturaq vasta sonant.
Vid.1.Chr. Incubuere auris crinitas anguibus alas
Obscurū per inane mouēt, terrasq.capessunt.
Nō tam olim densa sublimes nube per auras
Florigeræ glomerantur apes,æstate serenam ab apibus
Nubifugo Borea, & madidis cessantibus Austris,
Si quando exorta est inter discordia reges,
Vid.1.Chr. Sæuaq.collaris inuadunt prælia signis.
Iam conuiuia, iam spectacula læta frequētat:
Vinclaq; contemptis rectoribus omnia rūpit

a rate sine remige
Ac veluti ratis Ægeo sine remige in alto,
Sublatos simul ac fluctus inflauerit aura,
Nunc huc incerto, deinde illuc fluctuat æstu,
Quo ventique vndæque vrgent spoliata magistro.
Qualis vbi Arctois Boreas erupit ab antris — Vida 1.Ch.
a borea
Aerios rapido peruerrens turbine campos.
It cælo ferus, & piceas toto æthere nubes
Insequitur: dant victa locum, & caua nubila cedunt.
a balista
Vtq; volat moles, adducto concita neruo. — Ou.8.Met.
Cũ petit aut muros aut plenas milite turres;
In iuuenes certo sic impete vulnificus sus
Fertur. — Ou.3. Trist.
Vtq; fugax auidis
a ceruo
Ceruus deprensus ab vrsis,
Cinctaq. montanis vt fugit Agna, lupis
Sic ego belligeris a gentibus vndiq; septus
Terreor, hoste meum pæne premente latus.
ab agna & lepore
Quid mihi tũc animi miseræ fuit? annè quod agnæ, — Ou.5.Met.
Si qua lupos audit circum stabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canũ nullosq. audet dare corpore motus,
Vtq rapax pecudem, quæ se non texit ouili, — Ou.4.Trist.
a lupo
Per sata, per siluas, fertq refertq lupus:
Sic si quem nondum portarum sede receptum
Barbarus in campis reperit hostis: habet.
a ventis
Et veluti ventis agitantibus æquora, non est — Ou.2.Trist.
Æqualis rabies, continuusq; furor:
Sed modò subsidunt, intermissiq silescunt,
Vimq putes illos deposuisse suam.
Sic abeunt, redeuntq; mihi, variantque timores,
Et spem placandi dantq. negantq. tui.
ab aura venti & a Zephyro
Exanimes artus, & membra trementia vidi, — Ou.1.Met.
Vt cum populeas ventilat aura comas,
Vtq leui Zephyro gracilis vibratur arundo,
Summaue cum tepido stringitur aura Noto.
a gladiatore
Scilicet vt victus repetit gladiator arenam, — Ou.2.Trist.
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas
Forsitan vt quondam
Theutrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus, opemque feret
Digredimur paulum rursumq. ad bella coim⁹ — Ou. 9 Met.
a tauris pugnantibus
Non aliter vidi fortes concurrere tauros.

Cum

Cum preitum pugnæ, toto nitissima saltu
Expetitur coniunx.
Ou. 2. Fast. Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt: a leonibus
Non aliter, quam cum valida de rupe Leones,
Inuadunt sparsos lata per arua greges.
Vida 1. Ch. Ipse tuos quoties, præsens vt vera monerem,
Tentaui ciues incassum cogere in vnum,
Vt cristata suos dispersa examina fetus
Singultu volucris vocat, & plaudentibus alis ab auibus
Vida 1. Ch. Ac veluti in somnis olim sibi visus arator, ab insomnio aratoris
Dum terræ attrito suspendit vomere terga,
Auri ingens pondus campo effodisse sulcato,
Gaudia vana fouet cernet somno ille relictus
Pauperiem, duros & adhuc sibi adesse labores
Si omnia fortunatnq. animo execratus inanē
Vida 3. Ch. Non secus emicui roseo pulcherrimus ore
Insolita circum perfundens omnia luce, a sole exoriente
Quam cum mane recens lucis fons aureus ingens
Lumine Sol cælum exoriens ligat omne profuso,
Oceani in speculo longè resplendet imago,
Et croceæ effulgent aurata cacumina siluæ.
——lentaq; miserrima tabo
Oui. 2. Met. Linquitur vt glacies incerto saucia sole,
Felicisq; bonis non leuius vritur Herses,
Quam cum spinosis ignis supponitur herbis; ab igne supposito herbis
Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur.
Ov. 8. Met. Non secus liquidis Phrygius
Mæandrus in vndis a Mæandro fluuio
Ludit, & ambiguo lapsu refluitq; fluitq; Phrygiæ
Occurrensq; sibi venturas aspicit vndas,
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum,
Incertas exercet aquas, ita Dædalus implet
Innumeras errore vias, vixq; ipse reuerti,
Ad limen potuit, tanta est fallacia recti.
Oui. 5. Fast. Vt stat, & incertus quà sit sibi nescit eundum a viatore dubio
Cum videt ex omni parte viator iter:
Sic quia posse datur diuersas reddere causas
Quo ferar ignoro, copiaq. ipsa nocet.
Ou. 10. M. ——vtque securi
Saucia trabs ingēs, vbi plaga nouissima restat, ab arbore excisa
Quo cadat in dubio est, omnique à parte timetur:
Sic animus vario labefactus vulnere, nutat

	Huc leuis, atque illuc, momentaque sumit vtroque.	
ab equo indomito	Vt rapit in præceps dominũ, spumātia frustra	Ou.2.Am.
	Frena retentantem durior oris equus:	
	Vt subitus, propè iam prensa tellure, carinam	
	Tangentem portus, ventus in alta rapit:	
	Sic me sæpè refert incerta Cupidinis aura.	
	Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,	
a trepido vidente cerberum	Quā tria qui timidus medio portante catenas	Ou.10.Me.
	Colla canis vidit, quem non pauor ante reliquit,	
	Quàm natura prior.	
a Bacche Bacchi Sacerdote	Vtq; suum Bacche non sentit saucia vulnus	
	Dum stupet Idæis exululata iugis.	Ou.4.Trist.
	Sic, vbi mota calent sacro mea pectora thyrso	
	Altior humano spiritus ille malo	
a iuuenco	Concita membra fugæ mandat, similisque iuuenco,	Ou.11. Me.
	Spicula crabonum pressa ceruice gerenti,	
	Quà via nulla ruit.	
	Ecce velut nauis præfixo concita rostro	Ou.4.Met.
	Sulcat aquas, iuuenum sudantib. acta lacertis	
	Sic fera dimotis impulsu pectoris vndis.	
a nauibus	Auferor. vt rapida concita puppis aqua	vir.2. Aen.
a frondibus	Non citius frondes autumni frigore tactas.	Ou.3.Met.
	Iamq; malè hærentes, alta rapit arbore vētus.	
	Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.	
a turbine.i.troccho	Namque agor vt per plana citius sola verbere turbo	Tib.lib.1.
	Quem celer assueta versat ab arte puer.	
	Postquam se dolor imminuit, mea pectora planxi.	Ou.in Sap.
a Matre flente obitum nati	Nec puduit ruptis exululare comis.	
	Non aliter nati quam si pia Mater adempti,	
	Portet ad extinctos nomen inane rogos.	
	Quacumque ingreditur miseris loca cuncta querelis.	Ou.4.Trist.
a Progne & Ity	Implet, vt amissum cum gemit ales Ityn.	
a dolore materno	Nec genuisse minus, quam si natæve meumve	Ou.1.Trist.
	Vidisset structos corpus habere rogos.	
	Infremuere omnes cōtra, gemitumq. dedere.	Vid.2.Chr.
	Qualiter ære cauo dum sulphura pascitur atra	
	Inclusos magis, atq. magis furit acrior ignis	
	Moliturq; fugam, nec se capit intus anhelans	
	Nulla sed angustis foribus via, vel potis extra	

Rumpere, materiam donec comprendere omnem. — *descriptio explosionis sclopetorum*
Tum piceo disclusa volat glans ferrea fumo
Fit crepitus, credas rupto ruere æthere cælum
Iamque illa, & turres procul ecce strauit: & arces:
Corpora, & arma iacent, latè & via facta per hostes.
Haud illi secus accensi meliora monentem
Excludunt adytis, atq; extrà mœnia trudunt
Vid.2.Chr. Non aliter, quam coniectum cum in retia rara — *a ceruo, apro &c.*
Ceruum, aut fulmineis metuẽda dentib. apri
Pastorum circum sæuit manus, ilicet hastas
Comin⁹ agglomerãt certatim, ad sidera voces
Vndique eunt, reboant montes clamore propinqui.
Sic iuuenẽ obsessum longè fulgentib. armis
Sæua cohors premere, atque omnes incumbere inermi.
Vid.3.Chr. Flebat spõsa solum lacrymis iuxta omne madebat — *a lachrymis seu sudore arborum scissarum*
Ac veluti, cum vere subest vberrimus humor
Arboribus, lentæ vitis si forte cacumen
Falce putans stirpem feriat male prouidus vnca.
Agricola, immeritam & violauit vulnere matrem.
Tum verò gemitus imo de corde petitos
Ou.2. Met. Edidit haud aliter, quã cum spectante iuuẽca — *a iuuenca*
Lactentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro caua malleus ictu,
Ou.9.Met. Protinus vt secto piceæ de cortice guttę,
Viue tenax grauida manat tellure bitumen — *a pice, bitumine, & vnda congelata*
Viq; sub aduentum spirantis lenè Fauoni
Sole remollescit, quæ frigore constitit vnda:
Sic lacrymis consumpta suis.
Ou.4.d Põ. Scilicet vt limus venas excæcat in vndis,
Læsaq; suppresso fonte resistit aqua: — *a limo*
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum,
Et carmen vena pauperiore fluit:
Ou.1. Trist. Diuidor haud aliter, quam sic mea membra relinquam,
Et pars abrumpi corpore visa suo est. — *a cygno*
Ou.5. Trist. Vtq; iacens ripa deflere Caystrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem.
Sic ego Sarmaticas longè proiectus in oras,
Efficio tacitum ne mihi funus eat.

At

At Phaethon rutilos flamma populante ca- pillos, — Ou.2. Met.
Voluitur in Præceps, longoq; per aera tractu.
a stella cadente — Fertur, vt interdum de cælo stella sereno,
Etsi non cecidit potuit cecidisse videri.
Vtq; ferunt imbres gelidis concrescere ventis, — Ou.9. Met.
a rebus meteoricis pluuia, nube, grandine, & eiusmodi — Inde niues fieri, niuibus quoq. mole rotatis
Adstringi, & spissa glomerari grādine corpus
Sic illum validis iactū per inane lacertis, &c.
Vtque malum latè solet immedicabile cancer — Ou.2. Met.
Serpere, & illæsas vitiatis addere partes
Sic lethalis hiems paulatim in pectora venit,
Vitalesq; vias, & respiramina clausit.
a lupo, & vulture — Vtque rapax stimulante fame, cupidusque cruoris. — Ou.1. Trist.
Incustoditum captat ouile lupus;
Aut vt edax vultur corpus circumspicit, ecquod.
Sub nulla positum cernere possit humo.
Sic mea nescio quis malè fidus, rebus, acerbis
In bona venturus, si peteret e fuit.
ab vmbra — Vtq; comes radios per Solis euntib. vmbra est, — Ou.1. Trist.
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus,
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.
a columbis — Aspicis vt veniant ad candida tecta Columbę — Ou.1. Trist.
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Læta Deæ frons est, vt sol qui tectus aquosis — Oui 5. Met.
Nubibus ante fuit, victis è nubibus exit.
Vtq; reformidant insuetum lumina solem, — Ou.3. d Pō.
Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.
Qualis quem pede pressit agro bos signa relinquens, — Vid.4. Chr.
ab Hyacintho — Paulatim lassa languet ceruice Hyacinthus
Aut rosa, quam molli decerpens pollice virgo
Vepribus in densis lapsam sub sole reliquit.
tauro — Qualis vbi longis pugnator taurus ad aras — Vid.4. Chr.
Funibus arripitur, sęuo fremit ore per vrbem,
Et spumas agit, & cornu ferit aera adunco.
Instant hinc famuli, atque illinc, & verbera crebri
Ingeminant, quassantque sudes per terga, per armos.
Diffugiunt vulgus trepidum, in tutumque recepti.

Por-

Porticibus gaudent longè ſpectare periclum.
Talis erat iuuenis ſpecies immanè furentis. — ab equo indomito
Vid.4.Chr. Qualis vbi excuſſis per plana euaſit habenis,
Liber equus, ludit famulos hinc inde ſequētes
Sæpe hic diſſimulant, atque illic improbus hæret,
Perq; viam oblatis interdum paſcitur herbis,
Aſt vbi iam videt inſtantes, elabitur, alteque
Emicat, & ſpatia tranſmittit maxima campi
Ou.11. Me. Vtque ſuum laqueis quos callidus abdidit auceps, — ab aucipe
Crus vbi commiſit volucris, ſenſitque teneri,
Plangitur, ac trepidās aſtringit vincula motu
Sic quæcumq; ſolo defixa cohæſerat harum,
Extenuata fugam fruſtra tentabat. — ab aquila
Ou.4.Met. Vtq Iouis præpes vacuo cum vidit in aruo
Præbentem Phœbo liuentia terga Draconē,
Occupat auerſum, neu ſæua retorqueat ora,
Squamiferis auidos figit ceruicibus vngues.
Sic celeri miſſo præceps per inane volatu
Terga feræ preſſit, dextroque frementis in hamo,
Inachidæ ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Ou.4.Met. ——Nitentem contra, elabiq; volentem
Implicat, vt ſerpens quem regia ſuſtinet ales — ab aquila & ſerpente
Sublimemq; rapit pendens, caput illa, pedeſq;
Alligat, & cauda ſpaciantes implicat alas.
Vtq; ſolent Hederæ longos intexere truncos.
Vtque ſub æquoribus deprenſum Polypus hoſtem
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Sicut ouem incautus paſtor qui è millib. vnam
Amiſit feræ oblisam decedere nocti,
Vid.4.Chr. Cum gregib vbi per rupes, perq aſpera triſtis
Quæſiuit dumeta diu loca cuncta voluens — a paſtoribus
Conuiſens oculis, demum ſi forte repoſta
Paſcentem valle inuenit, ſubito arripit illam
Sublatamq; humero ſtabulis lætiſſimus infert
Intranti dulces occurrunt oſcula nati
Præripere, & reducem plauſu domus excipit omnis.
Vid.4.Chr. Iudicis ad ſolium properabitur æthere toto.
Ipſe altè effultus, montiſq; in vertice ſummo — de extremo iudicio
Arbiter effulgens circumferet ora tremenda,
Secerneq. pios dextraq. in parte locabit,
Læua autem coget ſontes, quæ plurima turba
Qualis poſt hiemē exactā, cū gramine molli
Paſcua B.

Pascua læta vocant stabulis armenta reclusis
Ipse greges pastor nitidos missurus in agros
Sortitur placidas primo legit ille bidentes.
Diminuerans, olidasque iubet procul esse capellas.

a cane venatico — Vtq; canem pauidæ nactum vestigia ceruæ, — Ou.5.Trist.
Latrantem frustra copula dura tenet.
Vtq; fores nondum reserati carceris acer
Nunc pede, nunc ipsa fronte, lacessit equus
Sic mea lege data vincta atque inclusa Thaleia.

a mari — Per titulum vetiti nominis ire cupit.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra, — Ou.8. Met.
Nec satiatur aquis, peregrinosq; ebibit amnes
Vtq; rapax

ab igne — Ignis non vnquam alimenta recusat,
Innumerasq. faces cremat, & quo copia maior
Est data, plura cupit, turbaq; voracior ipsa
Sic epulas omnes Erisichionis ora profani
Accipiunt, poscuntque simul, cibus omnis in illo est.
Causa cibi est, semperq; locus fit inanis edẽdo
——vicijs sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda, — Oui.1.Fast.

a potatore aquæ — Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
Non quæsita tamen spatio patientia lõgo est,
Mensq; mali sensum nostra recentis habet — Ou.4.Trist.

a iuuencis — Scilicet & veteres fugiunt iuga sæpe iuuenci
Et domitus freno, sæpè repugnat equus.
Fert tamen, vt debet, casus patienter amaros, — Ou.5.Trist.

ab equo indomito — More nec indomiti frena recusat equi.

a milite strenuo — ——vt miles numero præstantior omni, — Ou.11.Me.
Cum sæpè assilijt defensæ mænibus vrbis,
Spe potitur tandem, laudisq; accensus amore,
Inter mille viros murum tamẽ occupat vnus:
Sic vbi pulsarunt celsi latera ardua fluctus,
Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndę,
Nec prius absistit fessam oppugnare carinam,
Quã velut in captæ descendat mænia nauis,

à gladiatore — Saucius euitat pugnas gladiator, & idem — Ou.1.d Põ.
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil sibi cũ pelagi dicit fore naufragus vndis
Et ducit remos, qua modo nauit aqua:
Sic ego constanter studium non vtile seruo,
Et repeto.

ab Helena — Qualis ab Europa Phrygijs aducta carinis — Ou.3. Am.
Coniugibus belli causa duobus erat:

Qualis

Qualis erat Lede quam plumis abditus abis, | a Leda
Callidus in falsa lusit adulter aue:
Qualis Amymone siccis errauit in agris,
Cum premeret summi vena comas: | ab Amymone
Talis eras:
Ou. 13. Me. ——talisq. apparuit illi
Qualis vbi oppositas nitidissima Solis imago
Euicit nubes, nullaq; obstante reluxit. | a sole lucente
——subitusq. inuita notauit
Ou. 6. Met. Ora rubor, rursusq; euanuit: vt solet aer
Purpureus fieri, cum primū Aurora mouetur | ab aere in aurora
Et breue post tempus candescere solis ab ictu.
Qualis vbi gressum per agros comitatus herilem,
Vid. 3. Chr. Forte canis leporem vl longè sensit odora, | a cane venatico
Continuo intenditq; aures, atque aera captat
Naribus, & cæptum rumpens iter auius errat
Atque oculis incerta feræ vestigia lustrans
Nunc hos, nunc illos cursus fert, atq; recursus
Incertus longè latratibus arua resultant.
Talis erat senis in templo exultantis imago.
Vid. 4. Chr. Inq Deo tota defixus mente moratur.
Qualis vbi alta petens terris aufertur ab imis | ab aquila
Alituum regina, vagas spatiata per auras
Dat plausū gyro, atq; in nubila conditur alis.
Vid. 5. Chr. Haud vltra potis insano purgare furori.
Ceu cum rostratæ sese opposuere triremi | ab euro, & nauibus
Protinus aduersi medijs in fluctibus Euri,
Luctatur primum celsa de puppe magister,
Hortaturq; viros validis incumbere tonsis,
Demum vbi se niti contra intolerabile cælū
Incassum videt, ac ventos superare furentes,
Vertit iter, quocūq; vocat fortuna per æquor
Multiuiū, atq; auris parens subremigat æger.
——pueri rubor ora notauit:
Ou. 4. Met. Hic color aprica pendentibus arbore pomis, | a pomis rubentibus
Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
Cum frustra resonant æra auxiliaria lunæ,
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem,
Ou. 3. Met. Non aliter, quam poma solent, quæ candida parte | ab eodem
Parte rubent: aut varijs solet vua racemis
Ducere purpureum] nondum matura colorem.
Vtq; nouus serpens, posita cum pelle senecta,
Luxuriare solet, squamaq; nitere recenti;
Si: vbi mortales Tirynthius exuit artus,

	Parte sui meliore viget.	
a varijs stellis	Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe,	Prop. lib.1.
	Pollucem cultu non Elaira soror,	
	Non Idæ & cupido quondã discordia Phœbo	
	Eueni patrijs filia littoribus.	
	Nec Phrygium falso traxit candore maritum	
	Aucta externis Hippodamia rotis.	Prop.lib.1.
	Languida desertis Gnossia litoribus;	
a varijs feminis illustribus	Qualis & accubuit primo Cepheia somno,	
	Libera iam duris cautibus Andromede.	
	Nec minus assiduis Edonis fessa Choreis,	
	Qualis in herboso concidit Apidano:	
	Talis visa mihi mollem spirare quietem	
	Cynthia, non certis nixa caput manibus,	
ab amore seu cupidine depicto	Laudaret faciem liuor quoque: qualia namq.	Ou. 10.Me.
	Corpora nudorum tabula pingũtur Amorum	
	Talis erat.	
	Sed facies aderat, nullis obnoxia gemmis,	Prop. lib.2.
	Qualis Apelleis est color in tabulis.	
	Inq; puellari corpus candore ruborem	Ou.10.Me.
a velo purpureo	Traxerat: haud aliter, quam cum super atria velum	
	Candida purpureum, similem dat, & inficit vmbram.	
	Conscia purpureus venit in ora pudor.	Ou. 2.amo.
	Quale coloratum Tithoni coniuge cælum	
	Subrubet aut sponso visa puella nouo;	
a rosis & varijs alijs rebus	Quale Rosæ fulgent inter sua lilia mixta,	
	Aut vbi connexis Luna laborat equis.	
	Aut quod ne longis flauescere possit ab annis	
	Mæonis Assyrium femina tinxit Ebur.	
a formica	Vt redit itque frequens longum formica per agmen,	Ou. 1.d̃ ar.
	Granifero solitum dum vehit ore cibum:	
	Aut vt apes saltusq; suos, & olentia nacta	
	Pascua, per flores & thyma summa volant:	
	Sic ruit in celebres, cultissima femina ludos.	
a leonibus	Non aliter, quam cum Libyca de rupe leones.	Ou.2. Fast.
	Inuadunt sparsos lata per arua greges,	
	Diffugiunt hostes, inhonestaq; vulnera tergo	
	Accipiunt.	
a vomere attrito	Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu,	Ou.2. Fast.
	Nec magis est curuis Appia trita rotis.	
	Pectora quam mea sunt serie calcata malorũ.	
ab euro	Qualia succinctis, vbi trux insibilat Eurus,	Ou.15.Me.
	Murmura pineis fiunt: aut qualia fluctus	
	Aequorei faciunt, si quis procul audiat illos:	
	Tale	

Tale sonat populus.
Ou.5. Met. Inq; repentinos conuiuia versa tumultus — a freto
Assimilare freto possis, quod sæua quietum
Ventorum rabies motis exasperat vndis.
Oui.1. Me. Confremuere omnes, studijsque ardentibus ausum
Talia deposcunt: Sic cum manus impia sæuit
Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen
Attonitum subitæ tanto terrore ruinæ
Humanum genus est, totusq. perhorruit orbis
Vid.5. Chr. Haud aliter ludo pueri cum ex omnib. vnum
Delegere ducem, socijs qui sponte subactis
Imperitet, læto cuncti stant agmine circum — a Regulo puerorum lu-
Condensi, assurgunt; omnes regisq; superbi — dentium
Iussa obeunt ludicra, ingens it ad æthera clamor
Tali intus famuli indulgēt manus effera ludo
Vid.5. Chr. Cari deseruere omnes diuersa petentes,
Non aliter, quam cum cælo seu tactus ab alto
Pastor, siue feræ insidijs in valle peremptus, — a pastore
Continuo sparguntur oues diuersa per arua
Incustoditæ, resonant balatibus agri.
Vid.5. Chr. Ac velut in pastus celsa quæ sede columbæ — a columba
Exierant varios, cum tempestate repente
Vrgenti cæco misceri murmure cælum
Incipit, & nigræ cinxerunt æthera nubes,
Continuo linquunt arua vndique, & ardua pennis
Tecta petūt, celeresq. cauis se turribus abdunt
——cruor emicat altè,
Ou.4. Met. Non aliter, quam cum viriato fistula plumbo — a fistula seu tabulo ru-
Scinditur, & tenui stridēte foramine, & lōgas — pto
Eiaculatur aquas, atque ictibus rumpit
Ou.8. Met. Cuius vt in trunco fecit manus impia vulnus
Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,
Quam solet, ante aras ingens vbi victima Taurus
Concidit, abrupta cruor è ceruice profundi
—— radix micat vltima linguæ,
Ou. 6. Met. Ipsa iacet, terræq; tremens immurmurat atræ:
Vtq; salire solet mutilatæ cauda colubræ. — a colubra
Palpitat.
Ou.1. Trist. Vtq; parum validus non proficientia rector,
Ceruicis rigidæ frena remittit equo: — ab equo
Sic non quod voluit, sed quod rapit impetus vndæ,

Auri-

Aurigam video vela dedisse rati.

a vacca | Vt vitulo mugit sua mater vbere rapto, | Ou.4 Fast.
Et quærit fetus per nemus omne suos:
Sic Dea non retinet gemitus.

Tale facis carmen docta testudine quale | Prop.lib.3.
Cynthius impositis temperat articulis.

cum Apolline | Vtq; labant curuæ iusto sine pondere naues, | Ou.2.Me.
Perq; mare instabiles nimia leuitate feruntur;
Sic onere insueto vacuos dat in aere saltus,
Succutiturq; altè similisq; est currus inani.

Vtq; solent sumptis in cursu viribus ire | Ou.11.Me.
Pectora in arma feri potentiaq; tela leones;

ab vnda | Sic vbi se ventis commiserat vnda coortis,
Ibat in arma ratis, multoq; erat altior illis.

Nec leuius quam si quis Athon, Pindumque reuulsos | Ou.11.Me.
Sede sua, totos in apertum verteret æquor,
Præcipitata capis.

Squalidus interea genitor Phaetontis, & expers
Ipse sui decoris, qualis cum deficit orbi | Ou.2. Met.

a solis defectu seu eclipsi | Esse solet, lucemq; odit, seq; ipse diemque

Sicut vbi ciues longa obsidione tenentur | Vid.6.Chr.
Vrbem intra, & vallum, portarumque obice tuti,

ab obsidione militum | Dum circumsonat, atque in muros arietat hostis;
Tum si forte acies procul auxiliaribus armis
Aduentare vident socios è turribus altis,
Consurgant, animosque alacres spe ad sidera tollant;

Ceu qui per noctem imposito cinere obrutus | Vid.6.Chr.
Delitet, & nusquam tecto se lumine prodit.

a fauilla sub cineribus | Si quis eum flabris exuscitet arida circum
Nutrimenta ferens, subitis adiecta fauillis
Emit, & totas lustret splendoribus ædes

Talis, vbi turpe irrepsit senium, vnicus ales,
Congessitq; sibi ramis felicibus altum
Summo in colle rogum, posuitque in morte senectam.
Continuo nouus exoritur, nitidusq; iuuenta
Effulget cristis, & versicoloribus alis:
Innumeræ circum volucres mirantur euntem:
Ille suos adit Aethiopes, Indosq; reuisit.

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu, | Ou.15.Me.

a flumine | Non secus ac flumen, neque enim consistere flumen

Nec

Nec leuis hora poteſt: ſed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq; prior veniente, vrgetq; priorem: — a Theſtiade
Tempora ſic fugiunt pariter pariterque ſequuntur

Ou. 1. Triſt. Vtq; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtirpe natum
Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror:
Sic ego non meritos mecum pariturа libellos.
Impoſui rapidis viſcera noſtra rogis.

Ou. 1. Triſt. Ac veluti ventis agitantibus æquora, non eſt — a ventis
Æqualis rabies, continuuſq; furor:
Sed modo ſubſidunt, intermiſſiq. ſileſcunt,
Vimq; putes illos depoſuiſſe ſuam,
Sic abeunt, redeuntq; mei variantq; timores
Et ſpem placandi dantq, negantq; tui.

Ou. 1. de Pō. Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus? — ab aquis non motis
Vt capiant vitium, ni moueantur aquæ?
Sic mihi, ſi quis erat dictandi carminis vſus
Deficit, eſtq; minor factus inerte ſitu.

Ou. 1. de Pō. Quæ nunquã vacuo ſolita eſt ceſſare nouali: — a nouali non culto
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus,
Occidet, ad Circi ſi quis certamina ſemper
Non intermiſſis curſibus ibit equus,
Firma ſit illa licet, ſoluetur in æquore nauis,
Quæ nunquam liquidis ſicca carebit aquis
Me quoq; debilitat ſeries immenſa laborum

ibid. Vtq; machaonijs Pæantius artibus heros,
Lenito medicam vulnere ſenſit opem,
Sic ego mente iacens, & acerbo ſaucius ictu,
Admonitu cæpi fortior eſſe tuo.

Prop. lib. 2. At veluti folia arentes liquere corollas, — a machaonis medicatione
Quæ paſſim calathis ſtrata natare vides:
Sic nobis, qui nunc magnũ ſperamus amãtes — a folijs arborum
Forſitan includet craſtina fata dies.

ibid. Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno iam tremefacta Noto: — a ſirtibus Africæ
Quam facile irati verbo mutantur amantes.

Ou. 15. Me. Extentam tumefecit humum: ceu ſpiritus oris
Tendere veſicam ſolet, aut direpta bicornis — a bulla ſputi
Terga capri.

Ou. 7. Met. Vtq; hominis ſpeciem materna ſumit in aluo
Perq. ſuos intus numeros componitur infans, — ab embupone in vtero matris
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic vbi viſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt hominis feto conſurgit in aluo.

Ou. 1. de Pō. Eſtur vt occulta vitiata teredine nauis,
Aequoreos ſcopulos vt cauat vnda ſalis: — a naue exeſa a tineis

Q Rodi-

a ferro rubiginoso	Roditur vt scabra positum rubigine ferrum,	
	Conditus vt tineæ carpitur ore liber:	
	Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,	ibid.
	Fine quibus nullo conficiantur, habent;	
	Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis.	
	Ignibus admotis vt noua cera liquet.	
	Talia mandabat terras hominesq; relinquēs,	Vid.6.Chr.
a pastore	Sic natis moriturus oues, & ouilia pastor	
	Commendans caris furta, insidiasq. luporum	
	Edocet, & pecori contraria pascua monstrat.	
	Sic socijs æuo iam fessus nauta biremem	
	Credit, inexpertosq; docet varias maris oras	
	Et breuia, & syrtes, & naufragas sirenas.	
	COMPES, ET COMPEDES.	
	* Compes dura, lanea, tenax, firma, prædura, valida, seruilis, nefanda, ponderosa.	
	COMPITA.	
	* Compita viarum, biuia, publica, ramosa, incerta, nota.	
	COMPLEXVS.	
	* Complexus auidus, tenax, mollis, arctus, mutuus, dulcis, tener, placidus.	
	COMPONERE CARMEN, & carmine describere aliquem.	
dare ora diuersa versibus	Nam diuersa opus est veluti dare versibus ora,	Vid.3. poe.
dare diuersos habitus	Diuersosque habitus, ne qualis primus & alter,	
carmen incedit eodem vultu	Talis & inde alter, vultuq; incedat eodem.	
	Hic melior motuq; pedum, & pernicibus alis	
versus mollis	Molle via tacito lapsu per læuia radit.	
versus succussans	Ille autem membris, ac mole ignauius ingēs,	
	Incedit tardo molimine subsidendo.	
canere	Nunc te Bacche canam.	vir.2.Geor.
carmine dicere	——quo te carmine dicam?	ibid.
	De Nomentano te putet esse meo.	
Ou.11.Me.	—quercu coma cærula tantum	coma quercu cingitur
	Cingitur, & pendent circum caua tempora glandes.	glandes pendent circũ tempora
ibid.	Ille caput flauum lauro Parnasside vinctus,	vinctus caput lauro
Cla.1.i cos.	Et sacro meritos ornet diademate crineis,	ornare crines diademate
Hono. aug.	Non illi madidum vulgaris arundine crinem	honos velat crinem
Cl.3.in cos.	Velat honos, rami caput vmbrauere virentes	vmbrare caput
Hono.Aug.	Heliadum, totisq; fluunt electra capillis.	electra fluunt capillis
Nemesianus	—pictas dat flore coronas.	dare coronas

CORPVS.

* Corpus tenerum, vegetum, infirmum nitidum, formosum, emollidum, validum, morbidum, putridum, caducum, debile, pulchrum, terreum, euanidum, candidum, noxium.

CORRIGERE.

Mart.lib 4.	Non possunt nostros multæ Faustine, lituræ	emendare
	Emendare locos, vna litura potest.	lituras pati

	Sed ne tu toties Domini patiare lituras,	Mart.lib.1.
notare arũdine.i.cala.	Neve notet lusus tristis arundo tuos.	
reprehẽdere carmẽ(mo	——carmen reprehendite,quod non	Hor.de arte
litura coercet	Multa dies, & multa litura coercuit, atque	poet.
castigare ad vnguem	Perfectum decies non castigauit ad vnguem.	
censor,castigator	——censor,castigatorq; minorum,	ibid.
delere	——delere iubebat,	ibid.
reddere incudi versus	Et malè tornatos incudi reddere versus.	
emendare libellos	Emendare meos,quos nouit fama, libellos,	Mart.lib.6.
carpere	Et tibi permittis felices carpere nugas.	
	Cogis me calamo,manuq; nostra	Mart.lib.7.
emendare libellos	Emendare meos Pudens libellos.	
	Ablatum medijs opus est incudibus illud,	Ou.1.Trist.
vltima lima defuit	Defuit & scriptis vltima lima meis.	Eleg.6.
opus ablatum medijs incudibus	Quidquid in his igitur vitij rude carmen habebit	ibid.
emendare rude carmẽ	Emendaturus, si licuisset, eram.	
emendare	Nec tamen emendo,labor hic,quam scribere, maior,	Ou.1.de Põ.
	Mensq; pati durum sustinet ægra nihil.	Eleg.6.
vti lima	Scilicet incipiam lima mordacius vti.	
vocare sub iudicium	Vt sub iudicium singula verba vocem.	
liber rasus lima	Vtq; meus lima rasus liber esset amici,	Ou.2.de Põ.
litura facta est	Non semel admonitu facta litura tuo est.	Eleg.4.
menda, & errores	Ipse quidem placuit mendis in talibus error	Ou.4.de Põ.
litura	Et vix inuita est facta litura manu.	Eleg.1.
corrigere libellos	Sæpe ego correxi sub te censore libellos,	ibi.Ele.13.
	Sæpè tibi admonitu facta litura meo est.	

CORTEX.

* Cortex pinguis,cauatus,viridis, cauus,tumidus,rugosus,rimosus,turgidus,arboreus,rigens, durus.

CORVS.

*Corus repentinus, violentus, furens, grauidus,madidus, rabidus, Sarmaticus, imbrifer, asper,nimbosus,immitis.

CORVVS.

* Coruus obscæno ore canens, Phæbeius, niger, crocitans, salutator, vocalis, garrulus, feralis,vorax,faustus,infaustus.

CORYLVS.

*Corylus dura,fragilis,flexilis,Siluestris,densæ coryli.

CORYMBVS.

* Corymbus diffusus, grauidus, comans, tener,Baccheus,textilis,racemifer,nysæus,croceus,viridis,hederosus.

COS.

COS.

* Cos dura, trita, aspera, acuens.

COTHVRNVS.

* Cothurnus sophocleus, Cecropius, tragicus, grandis, grauis, altus, pictus, lydius, magniloquus, altesonus, heroicus, superbus, æschyleus,

CRAPVLA.

* Crapula grauis, humens, hesterna.

CRAS.

Prudētius. Nec te sollicitet res crastina, ne cibus aluo — res crastina
Defuerit, redeunt escæ cùm sole diurnæ. — escæ diurnæ
Sil.Ita.li.3. —quid crastina volueret ætas. — ætas crastina
vir.4. Aen. —vbi primos crastinus ortus — ortus crastin⁹ Titanis
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem.
vir. 1.Geo. —nunquam te crastina fallet
Hora. — hora crastina
Ho.4.c.o.7. Quis scit, an adijciant hodiernæ crastina summæ — crastina tempora
Tempora dij superi?
vir.8. Aen. Et lux cum primum terris se crastina reddet. — lux crastina
vir.12.Aen. —cum primum crastina cælo. — crastina aurora
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit. — aurora altera.i.crastina
Ou.3. Met. —altera lucem
Cum croceis inuecta rotis aurora reducet. — hora crastina
Ou. epist.3. —cum crastina fulserit hora. — fata crastina
Prop. lib.2. Forsitan includet crastina fata dies. — altera lux
Pers.Sat.5. —sed cum lux altera venit, — cras hesternum
Iam cras hesternū cōsūpsimus, ecce aliud cras.
Egerit hos annos, & semper paulum erit vltra
Oui.3.Fast. —protulerit cum totum crastinus orbem, — Cynthius crastinus
Cynthius.
Cla.1.de rap. Crastina puniceos cum lux detexerit ortus. — crastina lux
Prос. Nonne vides, vt nulla auium cras cogitet? — cras
Prudētius. Vide Discere.

CRATER.

*Crater ahenus, inauratus, signifer, coruscus, cur latus, argenteus, aureus, auratus, Corinthiacus, capax, vndans.

CRATES.

* Crates vimineæ, arbuteæ, textæ, tentatæ, fraxineæ, raræ.

CREARE.

Vida. Quam vasti ætherios mūdi procuderis orbes. — procudere mūdi orbes
Ou.1. Met Natus homo est, siue hūc diuino semine fecit — facere
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto
Æthere cognati retinebat semina cæli:

	Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis	
fingere in effigiem	Finxit in effigiem moderantem cuncta deorũ	
nihil è nihilo gignĩ	Nullã rem è nihilo gigni diuinitus vnquam.	Lucr.lib.1.
nil creatur de nihilo	——nil posse creari	ibid.
	De nihilo.	
fieri de nihilo	Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus	ibid.
nasci	Omne genus nasci posset, nil semine egeret.	Manil.l.1.
	Quis credat tantas operũ sine numine moleis	
mundus creatus ex mi nimis	Ex minimis, cæcoque creatum fœdere mundum.	
	——qui primus mœnia mundi.	ibid.
struere mundum	Seminibus struxit minimis.	Ho.4.c.o.4.
creare	Fortes creantur fortibus, & bonis.	
	Vide Ædificare, Gignere, Nasci.	
	CREDERE, ET EIVS CONTRARIVM.	
credere Phæbo	Credamus Phæbo & moniti meliora sequamur	vir.3. Aen.
fides vati	——vati si qua fides.	ibid.
credere maui	——quis hoc credat nisi sit ꝓ teste vetustas?	Oui.1.Me.
	——matriq; ait omnia demens Credis.	ibid.
	Haud equidem credo.	vir.1.Geor.
credere mihi	——ne sit mihi credere.	vir. Ecl.10.
idem	——si credere dignum est.	vir.6. Aen.
	——nec credere quiui.	ibid.
fæmina viro nõ credat	——iam nulla viro iuranti fæmina credat,	Catullus.
sermones viri fideles	Nulla viri speret sermones esse fideles.	
credere blanditijs	O nullis tutum credere blanditijs.	Prop.lib.1.
addere fidem dictis	Illa fidem dictis addere sola potest.	Oui.ep.20.
credere experto	——credite experto mihi.	Sen.ĩ Thy.
creditur	——de se si creditur ipsi	Ou.1.Fast.
addere fidem dictis	Pollicitam dictis Iuppiter adde fidem.	Ou.3.Fast.
credere dicenti	Credite dicenti, mira sed acta loquor.	ibid.
	——nisi vatibus omnis	Ou.15.Me.
eripere fidem	Eripienda fides	
fides addenda reb.probatis	Si qua fides rebus tamẽ est addenda probatis.	ibid.
credere experto	Crede mihi experto, si quidquã credis amico.	
credere amico	Vna fides vigeat, prisco quæ condita tẽplo est,	Prudẽtius.
fides vigeat	Quam Paulus retinet, quamq; cathedra Petri.	
	C R E M A R E, &c.	
cremare stipulas	Aut agro stipulas flamma crepitante cremari	Vida.
cremare Sarmenta	——primus deuecta cremato Sarmenta.	vir.2.Geor.
	Congestaq; robora, totasq;	vir.3. Geo.
dare igni	Aduoluere focis vlmos, igniq; dedere.	
accendere cedrum	——odoratam stabulis accendere cedrum.	ibid.
vincere flamma	Aut vndis abolere potest, aut vĩcere flãma.	ibid.
ignis edit	——Contactos artus sacer ignis edebat.	ibid.
	——neve rubentes	vir.4.Geo.

	Vre foco cancros.	foco vrere
ibid.	Fer stabulis inimicũ ignẽ,atq.interfice messes	ferre ignem
	Vre sata.	vrere sata
ibid.	——suadebo incendere odores.	incendere odores
ibid.	——Panchæis adolescunt ignibus aræ,	adolescunt ignib. aræ
vir. 1.Aen.	——exurere classem Argiuum,	exurere classem
ibid.	——donisq; furentem	
	Incendat reginam,atq; ossibus implicet ignẽ.	incendere
ibid.	Occultum inspires ignem.	implicare ignẽ ossibus
ibid.	——& flammis adolere penates.	inspirare ignem
vir. 2. Æn.	——subiectisq; vrere flammis	adolere flammis
ibid.	——incensa Danai dominantur in vrbe.	vrere flammis
ibid.	——Troia arserit igni.	in vrbe incensa
ibid.	——omne mihi visum considere in ignes	ardere igne
Vir.3.Aen.	——Ilium,	
	——patria incensa.	incensa patria
vir.4.Aen.	——est mollis flamma medullas	flamma est medullas
	Dardaniique rogum capitis permittere flammæ	permittere rogũ flammæ
ibid.	——& alios	
ibid.	——Conscendit furibunda rogos.	conscendere rogos
ibid.	Tu secreta pyram tecto interiore sub auras	erigere pyram
	Erige & arma viri,thalamo quæ fixa reliquit	
	Impius,exuuiasq; omnes, lectumq; iugalem,	
	Quo perij,superimponas, abolere nefandi	abolere
	Cuncta viri monimenta iubet.	
ibid.	At regina pyra penetrali in sede sub auras	pyra erecta
	Erecta ingenti tædis,atque ilice secta,	
	Intenditq; locum sertis,& fronde coronat	
	Funerea super exuuias ensemq.relictum,	
	Effigiemque locat.	
ibid.	——faces in castra tulissem	ferre faces
	Implessemque foros flammis, natumque patremque	implere foros flãmis
	Cum genere extinxem, & memet super ipsa dedissem.	extinguere
Oui.2. Me.	——ego vindice flamma	euertere flamma vindice
	In dominum,dignosq; euerti tecta penates.	
ibid.	Sed timuit ne forte sacer tot ab ignibus æther	concipere flammas
	Conciperet flammas,totusq; ardesceret axis	ardescere
ibid.	Vtq.leues stipulæ demptis adolentur aristis,	adolentur stipulæ
	Vt facibus sepes ardent, quas forte viator	ardere facibus
	Vel nimis admouit,vel iam sub luce reliquit.	
Ho,epo.7.	Romanas arces vreret.	vrere arces
vir.1.Geor.	Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,	incendere agros
	Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.	vrere stipulam

incendere vepres.	—incendere vepres.	ibid.
Vulcanus vrit officinas Cyclopum	—dum graues Cyclopum Vulcanus ardens vrit officinas.	Ho.1.c.o.4.
vrere domos	—vret Achaicus ignis Iliacas domos.	ibid.o.15.
incoquere igne	— suspentes incoquet igne genas.	Oui.i Ibin.
dare membra cremāda	Det tua succensæ membra cremanda pyræ.	ibid.
subdere faces (pyrę	Subdiderat sæuas vel, tibi Roma faces.	Mart.lib.1.
ingerere se focis	Ingessit sacris se peritura focis.	ibid.
iacere flammis	Cuncta iacent flammis & tristi mersa fauilla.	ibid.
	— rutilasq; ferox in aperta loquentis	Ou.12.Me.
condere flāmas in ora	Condidit ora viri, perq; os in pectora flāmas	
rotare ignem	Te quoq; sæua Dryas circū caput igne rotato : Insequitur.	
supponere ignē aristis	Quam si quis canis ignem supponat aristis.	Ou.6.Met.
cremare herbas	Aut frondē, positasq; cremet fœnilibus herbas	
cōprēdere ignē crinib.	Visa (nefas) longis cōprendere crinib. ignem	Ou.7.Met.
cremari flamma	Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari	
accensus comas	Regalesq; accensa comas, accensa coronam Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo	
spargere Vulcanū tectis	Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.	
abolere carmina flam- (mis	Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flāmis.	Sulp.Char.
cremare rogo	Et pene est alto Troia cremata rogo.	Idem.
perire flammis	Ne pereant flammis tot monumenta ducum.	Corne.Gal.
imponere viscera flammis	Et solida imponit taurorum viscera flammis.	Vir.6.Æn.
accendere	Ille leuis stipulæ solemnes potus aceruos Accendet, flammas transilietq; sacras.	Tib.lib.2.
cremare	—num incensa cremauit. Troia viros.	Vir.7.Aen.
iactare ignem	—Ignem ad fastigia iactant.	vir.8.Aen.
perire in igne	Sternitur, & rapido laurus in igne perit.	Auctor.
considere in ignes	—an non viderunt mœnia Troiæ Neptuni fabricata manu considere in ignes?	vir.9.Æn.
conijcere lampada	Princeps ardentē coniecit lampada Turnus,	ibid.
adfigere flāmā lateri	Et flammā adfixit lateri, quæ plurima vento Corripuit tabulas & postibus hæsit adessis.	
occupare flammis	Occupatos flammis, illi ingens barba reluxit,	vir.12.Aen.
dare nidorem	Nidoremq; ambusta dedit.	
cremare tecta facibus	Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo,	Ou.6.Met.
immittere flammis	Artificem medijs immittam Terea flammis.	
inducere sulphur tædę	Vxor, vt inducto ceratæ sulphure tædæ, Vt pia famosis addita tura rogis.	Ou.ep.7.
ferre faces	Ferte faces in me, quas fertis Erynnides atræ Vt meus ex isto luceat igne rogus.	Oui.ep.11.
vrere igne	Me pater igne licet (quem non violauimus) vrat.	Oui.ep.14.
tendere faces	Quæq; aderant sacris, tendāt in ore faces.	

Et

Tib.lib.2.	Et ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flāmis	crepitare flammis
Tib.lib.3.	Nec nos ſacrilegos templis admouimus ignes	admouere ignes tēplis
Prop.lib.2.	Deinde vbi ſuppoſitus cinerē me fecerit ardor	facere cinerem
Claud.	Nec doleat damnis, quæ deuius intulit ardor,	
	Nec gemat exuſtas igne furente domos.	domus exuſtæ
Statius.	Quiſquis adhuc teneræ ſignatū flore iuuentę	
	Immerſit cineri iuuenem, primaq; iacentis	immergere cineri
	Serpere crudeles vidit lanugine flammas.	flammæ ſerpunt
	Noſtraq. fumoſis vrite membra focis.	vrere focis
Oui. de ar.	Telum flamma fuit, rapienſq; incendia virtus	
Luc.3.Pha.	Per Romana tulit celeri munimina curſu:	
	Nec quamuis viridi luctetur robore, lentus	
	Ignis agit vires, tæda ſed raptus ab omni	effectus ignis cremantis
	Conſequitur nigri ſpatioſa volumina fumi,	
	Nec ſolum ſiluas, ſed ſaxa ingentia ſoluit,	
	Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.	
	Procubuit, maiorq; iacens apparuit agger.	
ibid.	—— nam pinguibus ignis	
	Affixus tædis: & tecto ſulphure viuax	ignis affixus tædis
	Spargitur, ac faciles præbent alimēta carinæ,	præbere alimenta igni
	Nūc pice, nunc liquida rapuere incēdia cera:	rapere incendia
	Nec flammas ſuperant vndæ, ſparſiſque per æquor	
	Iam ratibus, fragmenta ferus ſibi vendicat ignis, (mas,	
	Hic recipit fluctus, extinguat vt æquore flā:	
	Hi, ne mergantur, tabulis ardentibus hærent.	
Luc.6.Pha.	—— alterius flammis crineſq; genaſq.	ſuccedere flammis
	Succendit, ſtrident oculis ardentibus ignes.	ignes ſtrident
ibid.	Colla caputq; ferens ſupremo tradidit igni.	tradere igni
Ou.2.Met.	—— combuſtaq. nubila fumant	fumare
	Corripitur flammis, vt quæq. altiſſima tellus.	corripi flammis
	Fiſſaq. agit rimas, & ſuccis aret ademptis.	
	Pabula caneſcunt, cum frondibus vritur arbor,	vri
	Materiamq; ſuo præbet ſeges arida damno:	præbere materiā igni
	Parua queror, magnæ pereunt cum mænibus vrbes.	
	Cumq; ſuis totas populis incendia gentes	
	In cinerem vertunt, ſiluæ cum montibus ardent.	vertere in cinerem
	Tum vero Phaeton cunctis è partibus orbem	ardere
	Aſpicit accenſum, nec tantos ſuſtinet æſtus,	orbis.i. cęlum accenſū
	Ferventeſq. auras velut è fornace profunda	ſuſtinere æſtus
	Ore trahit curruſq. ſuos candeſcere ſentit,	
	Et neque iam cineres, eiectatamq. fauillam	
ibid.	Ferre poteſt, calidoq. inuoluitur vndiq; fumo.	
	—— rogumq; parari	rogus paratus

Vidit,

arcus arſuri	Vidit, & arſuros ſupremis ignibus arcus.	
ignis ſupponitur her-	Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis,	ibid.
dare flammas (bis	Quæ neque dant flammas, leniq. tepore cre-	
cremare tepore leni	maniur,	Luc.8.Pha.
excitare flammas	Excitat inualidas admoto fomite flammas,	
diſtillat in ignem	Carpitur,& lentum Magnus diſtillat in ignẽ.	Luc.10.Ph.
ardere	Nic piger ignis erat per ſtupea vincula perq;	
	Manantes cera tabulas, & tempore eodem	
	Tranſtraq.nautarũ ſummiq arſere ceruchi;	
claſſes ſemiuſtæ	Iam prope ſemiuſtæ merguntur in æquora	
	claſſes,	
	Iãq; hoſtes,& tela natant,nec puppibus ignis	
deſcript.nauium accen	Incubuit ſoli.ſed quæ vicina fuere	
ſarum	Tecta mari longis rapuere vaporibus ignem,	
	Et cladem fouere Noti percuſſaq flamma	
	Turbine, non alio motu per tecta cucurrit,	
	Quam ſolet ætherio lampas decurrere ſulco	
	Materiaq.carens, atque ardens aere ſolo.	
proſternere lares	Proſternet patrios impia flamma lares,	Mar. lib.5.
ignes ſubſiliunt	Nec cum ſubſiliunt ignes ad tecta domorum,	Luc. lib.2.
deguſtare,i.conſumere	Et celeri flamma deguſtant ſigna,trabeiſq;	
	Tum porrò quæcumq; igni inflammata cre	ibid.
	mantur,	
	Si nil præterea,tamẽ ex ſe hæc corpora tradũt	
ſummittere ignem	Vnde ignem iacere, & lumen ſummittere	
agere ſcintillas	poſſint	
differre fauillam	Scintillaſq.agere,ac late differre fauillam,	
ignis ſuperat	Ignis enim ſuperauit, & lãbẽs multa peruſſit	Lucr.lib.5.
lambit,perurit	——flammeus ardor	ibid,
exedere ſiluas	Horribili ſonitu ſiluas exederat altis	
percoquere igne	Ab radicibus,& terram percoxerat igni.	
flamma vagatur	Lauricomas, vt ſi per monteis flãma vagetur	Lucr. lib.6,
comburere	Turbine ventorũ comburens impete magno;	
	Nec res vlla magis, quam Phœbi Delphica	
	laurus,	
	Terribili ſonitu flamma crepitante crematur	
fumant	——ſed cætera pingui	Sil.Ita.li.1.
	Vncta pice, atque atro circumlita ſulfure fu-	
	mant:	
	Fulminis hæc ritu ſummis è mænibus arcis	
flamma ſecat aerem	Inciſa ſulcatum tremula ſecat aera flamma;	
	Qualis ſanguineo præſtinguit lumina crine	
	Ad terram cælo decurrens ignea lampas;	
deſcriptio preſteris ſeu	Hæc ictu rapido pugnantum ſæpe per auras	
ignis cæleſtis	Attonito ductore tulit fumantia membra:	
	Hæc vaſtæ lateri turris cum turbine fixa,	
	Dum penitus pluteis Vulcanũ exercet adeſis.	
	Arma,	

ibid.		Arma, viroſq. ſimul preſſit flagrante ruina.	iacere in flammas
	Sil. Ital. l. 2.	Ille iacit totis connixum viribus ægrum	
Luc. 3. Phar.		In flãmas corpus, denſum qua turbine nigro	
		Exundat fumans piceus caligine vertex.	
Luc. 10. Ph.	Sil. Ital. l. 4.	——agit vndique flammam	agere flammam
		Diſperſus ripis ignis, múltoſq. per annos	
		Nutritas fluuio populatur feruidus vndas:	
		Vritur omne nemus, lucoſq. effuſus in altos	
		Immiſſis crepitat victor Vulcanus habenis:	deſcriptio ignis conſumentis ſiluas
		Iamque ambuſta comas abies, iam pinus, & alni,	
		Iam ſolo reſtans trunco dimiſit in altum	
		Populus aſſuetas ramis habitare volucreis:	
		Flãma vorax imo penitus de gurgite tractos	
		Abſorbet larices ſæuoq. vrgente vapore,	
		Siccus inareſcit ripis cruor, horrida latè	
		Scinditur in rimas, & hiatu rupta dehiſcit	
		Tellus, ac ſtagnis altæ ſedere fauillæ.	
Mar. lib. 5.	ibid.	——ſæuamq; coruſcans	
Luc. lib. 1.		Lampada Tarpeis infers incendia tectis.	ignis gliſcit
	Sil. Ita. li. 5.	——rapidoq; inuoluitur æſculus igni:	
ibid.		Iamq. inter frondeis arenti robore gliſcens	
		Verticibus ſæuis, torquet Vulcanus anhelos	torquere globos
		Cum feruore globos flammarum, & culmina torret.	torrere
	Sil. Ita. li. 9.	Spargere flagranteis contra bellantia mõſtra	
Lucr. lib. 5.		Dadanius tædas victor iubet, & facis atræ	iacere tædas
ibid.		Quos fera circumfert compleri ſulphure muros:	
		Nec iuſſo mora, collectis fumantia lucent	flammis collectis
		Terga elephantorum flammis raptuſq; ſonoro	
Luct. lib. 5.		Ignis edax vento, per propugnacula fertur:	ignis edax
		Non aliter Pindo, Rhodopeue incendia paſtor	
		Cum iacit, & ſiluis ſpatiatur feruida peſtis	
		Frondoſi igneſcunt ſcopuli, ſubitoq. per alta	igneſcunt
Sil. Ita. li. 1.		Collucet iuga diſſultans Vulcanius ardor:	ardor Vulcanius collucet
		It fera candenti torrente bitumine corpus	
		Amens, & laxo diducit limite turmas	
		Vritur impatiens, & magno corporis æſtu,	
		Donec vicini tandem ſe fluminis vndis	
		Præcipitem dedit, & tenui decepta liquore	
		Stagnantis per plana vadi, tulit incita longis	
		Extantem ripis flammam.	
	Se. ĩ he. fur.	——coniugem, & totum gregem	
		Conſumat vnus igne ſubiecto rogus.	rogus conſumit igne
	Ou. 1. Faſt.	Vritur in calidis alba columba focis.	vrit in focis

Arma-

deuoluere mōlē igni	Armatā hinc igni molem, & deuoluere ſaxa,	Sil.Ita.l.2
diffundere picem	Certabant, calidæq. picis diffundere peſtem:	
	Hic procul ardentem iaculatus lampada Cimber	
conijcere lampadem	Conijcit, & lateri telum exitiabile figit.	
Vulcanus paſcitur	Paſcitur adiuto Vulcanus turbine venti:	
trahere ignẽ gliſcentẽ	Gliſcentemq. trahẽs turris per viſcera labem,	
	Perq. altam molem, & turris naſcentia tecta	
	Scandit ouans, rapidiſque vorat trepidantia flammis	
	Robora, & ingenti ſimul exundante vapore	
ignis lambit culmina	Ad cælum victor nitentia culmina lambit:	
	Implentur fumo, & nebula caliginis atræ,	
quaſſare flammam	Nec cuiquam euaſiſſe datur, ceu fulminis ictu	
	Correptæ rapido in cineres abiere ruinæ.	
	——flammamq. comantem	ibid.
	Multifida pinum celſo de culmine quaſſat:	
torquere ignes paſtos bitumine	Inde atros alacer paſtoſq. bitumine torquet	
	Aduentante Noto Pœnorũ aplustribus igneis:	
peſtis Vulcanea	Intrat diffuſos peſtis Vulcanea paſſim,	
	Atq. implet diſperſa foros, trepidatur omiſſo	
	Summis remigio ſed enim tam reb. in arctis	
feruor illapſus per tædas inſonat flammis	Fama mali nōdum tanti penetrarat ad imos,	
	Et rapidus feruor per pingueis vndique tędas	
	Illapſus flammis victricibus inſonat alueo:	
lampas vim infert	Qua nondum tamen intulerat vim Dardana lampas.	
	Parcebatq. vapor, ſaxorum grandine dirus	
	Arcebat, fatumq. ratis retinebat Himilco.	
	——ſed proxima curſu	ibid.
ardor populatus	Fulmineo populatus ineuitabilis ardor,	
	Correptam flammis inuoluit ouantib. alnum,	
	Caſtra leui calamo, cannaq. intorta paluſtri	Sil.Ita.l.17
	Qualia Maurus amat diſperſa mapalia paſtor	
	Aggreditur furtim armorũ tutantibus vmbris	
ſpargere incendia	Ac tacita ſpargit celata incendia nocte.	
ignes diffundunt ignẽ	Inde vbi collecti rapidam diffundere peſtem	
	Cœperunt ignes, & ſe per pinguia magno	
	Pabula ferre ſono, clare expatiantur in auras.	
	Et frenos volucri propellunt lumine flãmæ,	
	It totis inimica lues cum turbine caſtris,	
	Atq; alimẽta vorat ſtrepitu Vulcanus anhelo.	
incendia manant, & multa alia quæ pertinent ad ignem & combuſtionem	Arida, & ex omni manant incendia tecto:	
	Sentitur, pleriſq; prius quam cernitur ignis	
	Excitis ſomno, multorumq. ora vocantum	
	Auxilium inuadunt flammæ, fluit vndique victor	

Mulci-

Mulciber,& rapidis amplexibus arma,virosq.
Corripit,exundat pestis,semiustaq.castra,
Ardenti volitant per nubila summa fauilla;
Ipsius ingenti regis tentoria saltu
Lugubre increpitans latè circumuolat ardor
Hausissetq virum, trepidus ni clade satelles
E somno, ac stratis rapuisset multa precantē
Se. I Theb. Vrbs concremetur,primus a thalamis meis — concr...
Sen.in Oct. Incipiat ignis.
——cum rogis artus tuos — dare artus cremandos
Dedit cremandos, membraq;, & vultus Deo
Similes volanti flamma feruens abstulit.
Se. in Her. Certe ego te vidi flagrantibus — imponi filuis flagrantibus
Oet. Impositum filuis, cum pluribus
In cælum furerent flammæ minis,
Arsisti certè.
Ou.4.Fast. Captiuam stipula,fœnoq; inuoluit,& igneis — admouere ignes
Admouet,vrenteis effugit illa manus.
Qua fugit, incendit vestitos messibus agros,
Damno sis vireis ignibus aura dabat. — dare vires ignibus
Ou,14.Me. —— postquam alta cremato est — cremari
Ilios,& Danaas pauerunt pergama flammas. — pascere flammas
Vide, Ardere, Ignis.

CREPIDÆ.

* Crepidæ carbatinæ, laxæ,græcæ,Romanæ.

CREPITVS.

* Crepitus horrisonus,tremens,soneus.

CREPVSCVLVM.

*Crepusculum opacum,nocturnum,vesperti-num,nigrum,serum.

CRETA.

* Creta tenax,humida, acida, putris,mollis, Cymolia.

CRETA INSVLA.

* Creta Minois, Minoa, circumsona, aeria, spatiosa,cærula,potens, Oaxis,curetis.

CRIBRVM.

* Cribrum farinarium,rarum, pollinarium, ruderàrium.

CRIMEN.

* Crimen noxium,sæuum,crudele,famosum, turpe,triste,nefandum,fædum,prauum, iniustum, scebratum mortiferum, dirum, infandum,dolosum,inexcusabile.

CRINES.

* Crines intonsi,myrrhei,renidentes,pēduli, flauicomi,flaui, vagi, roseī,niuei,odorati, flauentes,comptī,nitidi,rutuli ,aurati,auri comi,multifidi,comantes, cirrhati,calamistrati,&c.

CRISTA.

* Crista comans,rutila, terrificā, nutans alta rubens,vndans,micans,tumefacta.

CROCVS.

* Crocus rubeus,corīcius, cilix, ruber,tenuis, puniceus,liquidus,auricomans, rutilus,pur pureus tyrius.

CRÆSVS.

* Cræsus rex lydorum ditissimus.Cræsus di ues,lydus , potens , pollens, dis, superbus, magnus .

CRVCIATVS.

* Cruciatus sæuus,atrox, fulmine,incæstus,Si lyphius.

CRVDELITAS. CRVDELIS.

tyrannus immitis	——atq.immitis rupta tyranni Fœdera.	vir.4.Geor.
violentia vultus	——est eadem violentia vultus,	Ou.1.Met.
imago feritatis	Ijdem oculi lucent,eadem feritatis imago est,	
crudelis	Atq; deos,atque astra vocat crudelia mater.	vir.Eclo.5.
hostis cruentus	——cruentum Vultus in hostem.	Ho 1.c.o.2.
sæuior Busiride	Sæuior est tristi Busiride,sæuior illo	Ou.3.Trist.
sæuior Phalaride	Qui falsum lento torruit igne bouem.	
contemptor superum	Contemptrix superū,sæuęq.auidissima cædis,	Ou.1.Met.
auidissimus cædis	Et violenta fuit,scires è sanguine natos.	
violentus	——notus feritate Lycaon.	ibid.
natos è sanguine	——& nunc quoque sanguine gaudet.	ibid.
notus feritate	——tunc me de tigride natam,	Ou.7.Met.
gaudere sanguine	Tunc ferrum, & scopulos gestare in corde	
natus de tigride	fatebor	
gestare ferrū in corde	Quid memorem infandas cædes, quid facta	vir. 8.Aen.
cædes infandæ	tyranni	
facta effera	Effera? dij capiti ipsius,generiq.reseruent.	Ho.4.c.o.14
cæde gaudentes	——cæde gaudentes Sicambri.	
ferocior scopulis	——o scopulis,vndaque ferocior.	Ou.in Sap.
barbarus,crudelis	——o diris barbare factis, O crudelis, ait.	Ou.6.Met.
immitis ferocior vndis	Sis licet immitis,marisq.ferocior vndis.	Ouid.ep.3.
ferꝰ, truculētior Euris	Vt ferus est,multoq.suis truculentior Euris.	Oui.ep 11.
genitus en leæna	Quænam te genuit sola sub rupe leæna	Catullus.
natus e mari	Quod mare cōceptū spumantib. expuit vndis	
Syrtes,scylla, charybdi	Quæ Syrtis,quæ Scylla vorax, quæ vasta Cha-	
	rybdis?	

Ou.9.Met.	—— neque enim de tigride natus,	natus de tigride
	Nec rigidos silices, solidumve in pectore ferrum,	gerere silices, in pectore
	Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leænæ:	bibere lac leænæ
Catullus.	Nullane res potuit crudelis flectere mentis Consilium?	mens crudelis
Tib.lib. 1.	——non sua sunt duro præcordia ferro	præcordia vincta ferro
	Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.	silex stat in corde
ibid.	Quam ferus, & vere ferreus ille fuit.	ferus, ferreus,
Prop.lib. 3.	Nemo adeo vt noceat barbarus esse volet.	barbarus
Prop. lib.4.	——inhumanæ dura papilla lupæ.	papilla lupæ
Ou.1.Trist.	Non ego te genitũ placida reor vrbe Quirini,	
Eleg.7.	Vrbe, meo quæ iam non adeunda pede est:	
	Sed scopulis poti, quos hęc habet ora sinistri.	genitus scopulis iugis
	Inque feris Scythis. Sarmaticisq. iugis.	Scythias
	Et tua sunt silicis circum præcordia venæ,	silices circũ pręcordia
	Et rigidum ferri semina pectus habet.	pectus habet ferrum
	Quæq; tibi quondam tenero ducenda palato	
Ou.3.Trist.	Plena dedit nutrix vbera, tigris erat.	tigris lac præbuit
	Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino,	nutritus lacte ferino
Eleg.11.	Et dicam silices pectus habere tuum.	portus habent silices
Ou.5. Trist.	Siue homines, vix sunt homines hoc nomine digni,	
Eleg.8.	Quamq; lupi, sæuæ plus feritatis habent.	lupi plus habẽt ferita-
Ou.13.Me.	Asperior tribulis, fera truculentior vrsa	asperior tribulis (tis
Cl 1 de rap.	Surdior æquoribus, calcato immitior hydro.	truculentior vrsa
Pros.	Quamuis indocilis flecti.	surdior æquoribus.
Oui. epi.7.	Te lapis, & montes, innataq. rupibus altis	immitior hydro.
	Robora, te sæuæ progenuere feræ:	indocilis flecti
	Aut mare quale vides agitari nunc quoque ventis.	feræ te progenuere.
Prop.lib. 1.	Sit licet & saxo patientior illa Sicano,	
	Sit licet & ferro durior, & chalybe.	durior ferro
Ou.8.Met.	Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis	syrtis te genuit
	Armeniæ tigres, Austroq; agitata Charybdis,	tigres, charybdis
	Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri	taurus & eiusmodi
	Lusa tua est, generis falsa est ea fabula: verũ	te progenuere
	Et ferus, & captus nullius amore iuuencæ,	
	Qui te progenuit taurus fuit.	
Ou.14.Me.	Sæuior illa freto surgente, cadentibus hœdis,	sæuior freto
	Durior & ferro est, quod Noricus excoquit ignis,	durior hœdis
	Et saxo, quod adhuc viuum radice tenetur.	ferro saxo
	Vide, Barbarus.	

CRVOR.

* Cruor fluidus, obscœnus, crassus, tepidus, tepidus, tectus,

ter,calidus, ſanguineus,ater,purpureus,puniceus, rutilus, fumans, fœdus, viſu horrendus,nigrans,niger, roſeus.

CRVRA.

* Crura candida,fortia, valga,vara.

CRVX.

* Crux dura,ſæua, horrenda,rigida, cruenta, æris,triſtis,amara,miſera,lurida, funerea, funeſta,horribilis probroſa.

CRYSTALLVM.

* Cryſtallum candidum, glaciale, gelidum, translucidum,aquoſum, durum, pellucidũ.

CVBILE.

* Cubile ſecretum, pictum arcanum, latebroſum, dulce molle,ſocium,proliferum, conjugale, geniale,nocturnum,gratum, tenebroſum.

CVCVLLVS.

* Cucullus Santonicus, pullus,ductus.

CVCVMIS.

* Cucumis tortus,cæruleus, agreſtis, liuidus, niger.

CVDERE FERRVM.

	——nec dum	vir.2. Geo.
enſes increpitant incudibus	Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.	
deſcribit Cyclopũ opera	Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis	vir.4.Geor.
	Cum properant,alij taurinis follibus auras	
	Accipiunt,redduntq alij ſtridentia tingunt	
ã incudib. impoſitis gemero	Aera lacu:gemit impoſitis incudibus Ætna:	
	Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt	
verſare ferrum forcipe	In numerum,verſantq.tenaci forcipe ferrum.	
tollere brachia in numerum	Tela reponuntur manib. fabricata Cyclopum.	Ou.1.Met.
	——durum producit arator Vomeris obtuſi dentem,	vir.1.Geor.
falces cõflãtur in enſẽ	Et curuæ rigidum falces conflãtur in enſem.	ibid.
	——dum graues Cyclopum	Ho.1.c.o.4.
Vulcanus vrit officinas	Vulcanus ardens vrit officinas.	
	——o vtinam noua	ibid.o.35.
diffingere ferrum incude	Incude diffingas retuſum in Maſſagetas,	
	Arabaſque ferrum.	
	Terribilem ſtridore ſonũ dedit,vt dare ferrũ	Qu. 2.Met.
educere ferrũ forcipe	Igne rubens plerumque ſolet, quod forcipe curua	
ferrum ſtridor ſubmerſum in vnda, & ſibilat	Cum faber eduxit,lacubus demittit,at illud	
	Stridet, & in tepida ſubmerſum ſibilat vnda.	
poſitis incudibus	Quinq adeo magnæ poſitis incudibus, vrbes	vir.7. Aen.
nouare tela	Tela nouant,Atina potens, Tiburq; ſuperbũ, Ardea,	

Ardea, Crustumeriq; & turrigeræ Antemnæ:
Tegmina tuta cauãt capitũ flectũtq. salignas
Vmbonum crates, alij thoracas ahenos,
Aut leues ocreas lento ducunt argento:
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor, recoquunt patrios fornacib. enses. | recoquere enses fornacibus

vir. 8. Aen. Haud secus ignipotens, nec tẽpore segnior ille
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. | surgere ad opera fabrilia
Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq.
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnea tonant, validiq incudib. ictus | altera descript. Cyclopum in Aetna
Auditi referunt gemitum, striduntq. cauernis
Stricturæ Chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro. | exercere ferrum

ibid. Arma acri facienda viro, nunc viribus vsus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.
Præcipitate moras; nec plura effatus, at illi
Ocyus incubuere omnes, pariterq. laborem
Sortiti, fluit æs riuis, auriq. metallum, | æs fluit riuis
Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquescit, | chalybs liquescit
Ingentem clypeum informat, vnum omnia contra | informare clypeum
Tela Latinorum, septenosq. orbibus orbes
Impediunt, alij ventosis follibus auras
Accipiunt redduntq. alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus antrum:
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versantq. tenaci forcipe massam,

vir. 6. Aen. Excudunt alij spirantia mollius æra. | excudere æra

Tib. lib. 1. ——nec ensem
Immiti sæuus duxerat arte faber.

Luc. 6. Pha. In formam calidæ percussit pondera massæ, | ducere ensem arte percutere in formam
Fudit & argentum flammis, aurumq. moneta
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra. | fundere

Luc. 7. Pha. Non aliter phlagra rapidos tollente Gigãtes
Martius incaluit Siculis incudibus ensis,
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis,
Spiculaq. extenso Pæan Pythone recoxit. | recoquere spicula

Lucr. lib. 6. Vt calidis candens ferrum è fornacib. olim | ferrum candẽs stridet
Stridet, vbi in gelidum propetè demersimus imbrem. | demergere ferrum cãdens in imbrem

Iuu. Sat. 15. ——maiorq. fiunt

	Incude assidua, semperq; ardente camino,	
excudere gladios	Nescierint primi gladios excudere fabri.	Iuue. Sat. 15
incudes strepunt	Quæ non incudes streperent ? quæ flamma vacaret	Cla. in lau. Stilic.
ducere effigies ære	Fabrilis ? quæ sufficerent fornacibus æra Effigies ductura tuas.	
spiritus exercet ignes fabriles	Sic vbi fabrileis exercet spiritus igneis,	Auſ. ī Moſ.
	Accipit alterno, cohibetq; foramine ventos	
	Lanea fagineis alludens parma cauernis.	
tertia descript. Cyclopum	Non tā grande sonat motis incudibus Ætna,	Stat. 3. Syl.
	Cum Brontes, Steropesque ferit, nec maior ab antris	
	Lemniacis fragor est, vbi flāmeus Ægida cęlat Mulciber.	
	At tu conclusas, hircinis follibus auras	Ho. 1. ser.
mollire ferrum igne	Vsque laboranteis dum ferrum molliat ignis,	Sat. 4.
	Vt mauis, imitare.	

C V L I N A.

* Culina nigra, fumifica, putrida, ancta.

C V L E X.

* Culex malus, informis rotundus.

C V L M E N.

* Culmen arduum, aerium, sublime, vmbrosum, nemorosum, montanum, apricum.

C V L M V S.

* Culmus fragilis leuis, cerealis, indus, viridis, tener, lacteus, agrestis, flauus pinguis.

C V L P A

* Culpa turpis, fœda, sordida, miseranda.

C V L T E R.

* Culter acutus, strictus, fulgens, cruentus, trux.

C V L T V S.

* Cultus diuinus, decorus, prælautus, nitidus, decēs, superbus, regalis, muliebris, vanus, solennis, m gnificus.

C V M AE.

* Cumæ ciuitas Campaniæ.
* Cumæ Eubocæ Phæberæ, vetudes.

C V N AE.

* Cunæ teneræ tepidæ, dulces, soporiferæ, molles.

C V N N V S.

* Cunnus lasciuus, fatuus, clamosus, tener sparcus, pecunosus.

CVPERE, ET CVPIDO.

cupido præceps	Deliciæ inficiunt animos, præcepsq. cupido.	Pontanus.

	Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ:	amor laudum
	Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis	curæ eſſe
	Raptat amor.	amor Parnaſſi
vir.4. Geo.	——apes amor vrget habendi ,	amor habendi apes
	Tantus amor florũ,& generãdi gloria mellis.	amor me vrget
vir.1. Aen.	——quando hæc te cura remordet.	amor florum
ibid.	Lætitiaq; metuq; auidi coniungere dextras	cura te remordet
	Ardebant.	auidi
vir. 2. Aen	Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.	amor cognoſcere
ibid.	——viſendi ſtudio.	viſendi ſtudio
ibid.	Tũ vero ardemus ſcitari, & quærere cauſas.	ardere quærere cauſas
ibid.	Expectare venis	
ibid.	——concurrere in arcem	
	Cum ſocijs ardent animi	animi ardent
ibid.	Exarſere ignes animo,ſubit ira cadentem	ignes exarſere animo
	Vlciſci patriam.	ira ſubit aminum
ibid.	——tollere in alios Optabam montes.	
Vir.3 Aen.	——miroq; incenſum pectus amore.	optare
	Compellare virum	pectus incenſũ amore
vir.4.Aen.	——turpiq; cupidine captos.	captus cupidine
ibid.	Idem omnes ſimul ardor habet.	ardor habet omnes
vir.1.Geo.	Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,	cupido regnandi
Ho.2.c.o.5.	——tolle cupidinem Immitis vuæ.	tollere cupidinem
Boet.lib.3.	Opes,honores ambiant.	ambire opes , honores
Boet.lib.2.	Sitis ardeſcit habendi?	ſitis habendi
Iuu.Sat.10.	——qui nimios optabat honores ,	optare honores
	Et nimias poſcebat opes	poſcere opes
ibid.	——maior famæ ſitis eſt,quàm virtutis.	ſitis famæ, & virtutis
ibid.	Gloria paucorum,& laudis,tituliq; cupido.	cupido laudis
Iuu.Sat 14.	Creſcit amor numi , quantum Ipſa pecunia creſcit .	amor numi
	Et minus hanc optat qui non habet.	quærere
Ho.4.c.o.4.	Sic deſiderijs icta fidelibus Quærit patria Cæſarem.	
vir. 5.Aen.	——laudumq; arrecta cupido.	cupido laudum
vir.6. Aen.	Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido ?	cupido
Vir.7.Aen.	Idem omnes ſimul ardor agit noua quærere tecta.	ardor agit
vir.8. Aen.	——mihi mens iuuenili ardebat amore.	mens ardebat amore
ibid.	——& amor ſucceſſit habendi	amor habendi
ibid.	——ſi bellare paras,atque tibi mens eſt.	mens eſt, ac parare
Vir.9.Aen.	——Dijne hunc ardorem mentibus addunt	addere ardorẽ mẽtib.
ibid.	Euryale? an ſua cuiq; Deus fit dira cupido?	Deus cuiq; ſua cupido eſt
	Aut pugnam,aut aliquid iamdudum inuadere magnum	
	Mens agitat mihi.	mens agitat
ibid.	——magno laudum perculſus amore	perculſus amore laudũ

	Euryalus, simul his ardentem affatur amicum	
mens aret	Iam mens prætrepidans auet vagari.	Catullus.
	Nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro,	Prop.lib.3.
	Nec bibit è gemma diuite nostra sitis.	
	Sed sæuior ignibus Ætnæ	Boet.lib.2.
amor habendi	Feruens amor ardet habendi.	
flagrare amore	Sed cur tanto flagrat amore	Boet.lib.5.
	Veri tectas reperire notas.	
cupere, ambire	—cupere, atque ambire refugi.	Auson.
nullus finis cupiendi,	Cui nullus finis cupiendi est, nullus habendi,	Idem.
rei habendi	Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habēdi.	Ou.3.de ar.
ambitio habendi	Fert animus causas tantarū expromere rerū.	Luc.1.Pha.
animus fert	—nec enim me diuitis auri	Lu. ad Ca.
fames auri	Imperiosa fames, & habendi sæua libido	Pis.
libido habendi	Impulerit, sed laudis amor.	
amor laudis	—o prodiga rerum	
luxuries rerum	Luxuries, numquam paruo contenta paratu,	Luc.4.Pha.
non contenta paruo	Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum	
fames ciborū ambitio-	Ambitiosa fames.	
optare affectare, (sa	—non est mortale quod optas;	Ou.2. Met.
	Plus ēt, quam quod superis contingere possit,	
	Nescius affectas.	
	—contra diuites,	Sen. ī Hip.
petere plura, quā fas ē	Regnoq; fulti, plura quàm fas est, petunt.	
cupido auri cæcus	—nullus his auri fuit Cæcus cupido.	ibid.
furor lucri	—impius lucri furor.	ibid.
sitis imperij	—venit imperij sitis cruenta.	ibid.
cupido, & fames auri	Cupido creuit, atque auri fames. (di.	Sen.in Oct.
amor habendi	Tēpore creuit amor, qui nūc est sūmus, habē-	Ou. 1.Fast.
cupido opum furiosa	Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido,	ibid.
petere plura	Et cum possideant plurima, plura petunt:	
sententiæ & similitudi	Quærere vt assumant, assumpta requirere cer-	
nes variæ de cupidine	rant.	
	Atque ipsæ vitijs sunt alimenta vices.	
	Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda	
	Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.	
ambitio & fames opū	Nec leuis ambitio, perfusaq; gloria fuco,	ibid.
	Magnarumve fames sollicitauit opum.	
idem	Ambitio quæ vestibulis, foribusq; potentum	Claud.2.in
	Excubat, & pretijs cōmercia poscit honorum,	laud.Stil.
sitis agenti tenet ali-	Quem tenet argenti sitis importuna, famesq;	Ho.1. epis.
quem	Torquemurq; metu, cæcaq; cupidine rerum.	Manil.l.4.
cupidine rerum tor-	Pauperiorq; bonis quisque est quo plura re-	ibid.
queri	quirit.	
	Nec quod habet numerat tantum, quod non	
	habet optat.	
	Vide Auarus, Diuitiæ, Sperare.	

CVPIDO.

* Cupidinis epitheta fuse in margine reperies.

CVPIDO DEVS AMORIS.

Pap.Pius.	Per Venerisq; faces, pueriq; volatilis arcus.	puer volatilis
Vir. 1.Aen.	——aligerum dictis affatur Amorem:	Amor aliger
	Nate meæ vires, meæ magna potentia solus.	Veneris filius
ibid.	Nate Patris summi, qui tela Tiphoea temnis.	
ibid.	——& dona Cupido Regia portabat.	cupido
Ho.1.c.o.31	——Veneremq; & illi	Veneris puer
	Semper hærentem puerum canebat.	
Ho.2.c.o.8,	——ferus & Cupido,	Cupido ferus
	Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta,	acuens sagittas
Ho.3.c.o.12	Cythereæ puer ales.	puer ales Cythereæ
ibid.o.27.	——Venus, & remisso Filius arcu.	
Ho.4.c.o.18	——& almæ Progeniem Veneris canemus.	Veneris filius
Tib.lib.r r	——Volitantis frater Amoris.	progenies Veneris
Sen.in Hip.	—— geminus Cupido	amor volitans
	Impetens flammis, simul & sagittis:	Cupido geminus
	Iste lasciuus puer, acre nitens,	puer lasciuus
	Tela quam certo iaculatur arcu.	
Stat. 1. Sil.	Hic puer è turba volucrũ, cui plurimus ignis	puer cum sagittis arcu
	Ore, manusq. leui nunquam frustrata sagitta.	telis, igne & eiusmodi

Vide, Venus, Amor.

CVPRESSVS.

* Cupressus, cornifera, Idæa, feralis, læuis, acuta, ardua, mœsta, tenera, plorata, aeria, alticoma, rorans, odora, viridis, celsa, odorifera, stygia, funesta.

CVRA PRO ANXIETVDINE.

* Cura tristis, ambigua, insomnis mordax, vigil, molesta, diligens, sedula, edax, vitiosa, sagax, atra, sequar, frigida, pauida, acerba, vigilans, grauis, languida, mœsta, ægra, damnosa, deses, infanda sollicita, peruigil, turpis, inquieta pallens, reses, implacida, stimulãs, anceps, leuis, misera, malesuada, sordida, profana, prouida, maligna, seuera, flagrans, anxia, tetrica, turbulenta, ingrata noxia, perniciosa, mordens, laboriosa, obscæna, tacita, rodens, crucians, inuida, vltrix, dira, carnifex inquies, importuna.

CVRA, ET CVRARE.

Faustus.	Spinosasq; meo curas de corde reuelli.	curas spinosas reuellere
Vir.2.Geo.	Iam tum acer curas venientem extendit in annum	extendere curas

	Rusticus.	vir.3. Geo.
cura traducitur in aliquid	——cura in vitulos traducitur omnis.	ibid.
	Hæc quoque non cura nobis leuiore tuenda.	ibid.
tueri aliquid cura	Ego omni studio glaciem, ventosq; niuales	
studium	Quo minus est illis curæ mortalis egestas	
esse alicui curæ	Auertes.	
cura canum	Nec tibi cura canum fuerit postrema.	ibid.
cura abrūpit somnos	——nec somnos abrumpit cura salubres.	ibid.
cura acrior domat	——acrior illum Cura domat.	ibid.
iactare curas pectore	——illum tales iactantem pectore curas.	vir.1. Aen.
cura te remordet	——quando hæc te cura remordet.	ibid.
cura recursat	Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat.	ibid.
cura nostri	——aut quoniam nostri tibi cura recessit?	vir.2. Aen.
studia contraria	Scinditur incertū studia in contraria vulgus	ibid.
mea cura	——& ni mea cura resistat	ibid.
cura parentis amissæ	Et quid iam puero est amissæ cura parentis?	vir.3. Aen.
manet ea cura nepotes	——maneat nostros ea cura nepotes.	ibid.
Regina saucia cura	At regina graui iamdudum saucia cura,	vir.4. Aen.
	Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.	
cura non dat quietem	——nec placidam membris dat cura quietem	
p̄merecuram sub corde	——& obnixus curam sub corde premebat.	ibid.
cura sollicitat quietos	——ea cura quietos Sollicitat.	ibid.
curæ,	Ingeminant curæ.	ibid.
curis acuit corda	——curis acuens mortalia corda.	ibid.
cura fatis data	——tibi cura magni Cæsaris fatis data.	vir.1. Geor.
cura publica iuuenum	——Iuuenumq; prædis Publica cura	Ho.1.c.o.12
laqueare curas circū te	——& curas laqueat circum Tecta volantes.	Ho.2.c.o.8.
cura vitiosa (cta	Scandit æratas vitiosa naues Cura.	ibid.o.16.
mihi est curæ	——tibi enim fore cætera curæ.	ibid.
	——si qua est tibi cura tuorum.	Oui 1. Me.
fluctuare curarū æstu	——magno curarum fluctuat æstu.	Ou.12.Me.
diuidere animū curis	Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,	vir.7. Aen.
	In partesq. rapit varias, perq. omnia versat.	
gerere curam	Quam pro me curam geris, hanc precor optimè pro me.	vir.12.Æn.
	Deponas.	
deponere curam	Diuersæq; vocant animum in contraria curæ.	ibid.
curæ diuersæ animum vocant	——neque enim membris dat cura quietem.	vir.10.Aen.
	At pater Aeneas casu concussus acerbo	vir.5. Aen.
nō dare quietē mēbris	Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas	
mutare curas	Mutabat.	
animus diducit in cu-	Tum vero in curas animus diducitur omnes.	ibid.
confectus curis (ras	——confectum curis.	vir.6. Aen.
cura remouens soporē	——& ignes ipse suos nutrit cura remouente soporem.	Ou.6.Met.
curæ tenuant corpus	Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ.	Ou.3.Met.

O quid

vir.3.Ge	Catullus.	O quid solutis est beatius curis,	curæ solutæ
ibid.		Cum mens onus reponit?	mens onus reponit
ibid.	Idem.	—— & magnis curarum fluctuat vndis.	fluctuare vndis curarũ
	Idem.	Ah misera, assiduis quam luctibus extenuauit	
		Spinosas Erycina serens in pectore curas.	serere curas
	Idem.	Multiplices animo voluebat saucia curas.	voluere animo curas
ibid.	Idem.	Etsi me assiduo confectum cura dolore	confectus dolore
ibid.		Seuocat a doctis	cura seuocat
ibid.		Ortale virginibus.	
vir.1.Ae	Idem.	Cum penitus mæstas exedit cura medullas,	cura exedit medullas
ibid.		Vt tibi nunc toto pectore sollicitæ.	sollicitus toto pectore
ibid.	Idem.	Quæ dulcem curis miscet amaritiem.	miscere curis amaritiẽ
vir.1.Ae	Tib.lib.1.	——illi sint omnia curæ.	illi omnia curæ
ibid.	ibid.	Non tibi sunt tristes curæ, non luctus Osiri.	
ibid.	Tib.lib.3.	Diuersasq; tuas agitat mens anxia curas.	mens agitat curas
vir.3.Ae	ibid.	Ite procul durum curæ genus, ite labores.	curæ discedite
ibid.	ibid.	——turpes discedite curæ,	curæ turpes
vir.4.Ae		Odit Lenæus tristia verba pater.	
	Prop.lib.3.	Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es.	vita sollicita
		Semina curarum de capite orta tuo.	curarum semina
ibid.	Boet.lib.3.	Nec cura mordax deserit superstitem.	mordax cura
ibid.	Statius.	Surge animo, & fortes castrorũ concipe curas.	cõcipere animo curas
ibid.	Ou.2. d rẽ.	Et prior est curæ cura repulsa nouæ.	
ibid.	Oui.ep.21.	Et tanquam desint quæ me sine fine fatigent,	
vir.1.Ge		Accumulat curas filia parua meas.	accumulare curas
Ho.1.car	Oui.ep.16.	—— resq; domusque,	
Ho.2.car		Et tibi sit curæ.	tibi est curæ
ibid.		Troicus hospes ait.	
ibid.	ibid.	Quærere (si nescis) maxima cura fuit.	cura maxima
Oui.1.Me	Luc.1.Pha.	——varias voluentem pectore curas.	voluere pectore curas
Ou.12.Me	Luc.2.Pha.	——at miseros angit sua cura parentes.	cura angit
vir.7.Ae	ibid.	——curis animum mordacibus angit.	augere animum curis
	Ou.2. Met	Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis.	excitus curis
	Lucr.lib.3.	Nec reperire potest, quid sit tibi sæpè mali, cũ	
vir.12.Ae		Ebrius vrgeris multis miser vndique curis,	vrgeri curis
		Atq; animo incerto fluitans errore vagaris	fluitare errore
	Lucr.lib.5.	—— frustraq; laborat	
ibid.		Semper, & in curis consumit inanibus æuum,	consumere æuum curis
vir.10.Ae		Voluere curarum tristeis in pectore fluctus.	voluere fluctus in pe-
vir.5.Ae	Sil.Ital.l.7.	At non Sidonium curis flagrantia corda	ctore
		Ductorem, vilesq; metus haurire sinebant	corda flagrantia curis
		Dona soporiferæ noctis.	
ibid.	Sen. ĩ Aga.	Alia ex alijs cura fatigat,	cura fatigat
vir.6.Ae		Vexatq; animos noua tempestas.	tẽpestas vexat animos
Ou.6.Me	Ou.1 d Põ.	Non igitur mirum est, si mens mea tabida	
	Eleg.1.	facta,	
vir.3.Ae		De niue manantis more liquescit aquæ.	

elegantiss. periphrasis curarum	Estur vt occulta vitiata teredine nauis,	
	Æquoreos scopulos vt cauat vnda salis.	
	Roditur vt scabra positum rubigine ferrum,	
	Conditus vt tineæ carpitur ore liber:	
morsus curarum perpetui	Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,	ibi. Eleg. 1.
	Fine quibus nullo conficiantur habent.	
pectora liquescũt curis	Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis,	
	Ignibus admotis vt noua cera solet.	
curæ vigilantes	——vigilantibus vndique curis.	Cl. in Eut.
	Nocte dieque patet.	
	Afferat ipse licet sacras	Ou. 1. d Pō.
	Epidaurius herbas,	
vulnera cordis. i. curæ	Sanabit nulla vulnera cordis ope:	
	Tollere nodosam nescit medicina podagrã,	
	Nec formidatis auxiliatur aquis.	
cura non est medicabilis arte	Cura quoque interdum nulla est medicabilis arte,	
	Et si sit longa est extenuanda mora.	
lædere animum curis	Sic animum lento curarum frigore lædit,	Ou 3. de Pō.
	Vt cupidi cursus fræna retentat equi.	Eleg. 9.
iactare curas pectore	——magnas iactantia pectora curas.	Sta. 2. The.
dolor exedit animum	——exedere animum dolor, iraque demens	ibid.
seduci in varias curas	Et qua non grauior mortalibus addita cura	
consumere vitã annis sollicitis	Longa per assiduas complexi sæcula curas.	Manil. l. 1.
	Seducto in varias certarunt pectora curas,	ibid.
curæ æternæ	Quid tam sollicitis vitam consumimus annis	Man. lib. 4.
curæ carnificis	Æternisq; senes curis.	ibid.
sentẽtia mentis discors	Carnificis curæ, & mentis sententia discors.	Bap. Pius.
cura tenax studium immobile	Hæc est cura tenax, studiumque immobile matri.	Mant.
fatigare præcordia curis	Aegra fatigabat tacitis præcordia curis.	Idem.
	CVRETES.	
	* Curetes Sacerdotes Cybeles Curetes, Phrygij, Pictæi, imbrigenæ.	
	CVRII.	
	* Curiorum, Romanorum familia fuit celeberrima.	
	* Curij mores, graues, pauperes, pugnaces, veteres, tetrici.	
	CVRRERE.	
linquere loca cursibus	Cuncta mihi, Alphæum linquens, lucosque Molorchi,	vir. 3. Geor.
	Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu,	
corripere campum præcipiti certamine	Nonne vides cum præcipiti certamine campum.	Ibid.
	Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus?	
axis volat vi	——Volat vi feruidus axis.	ibid.

Sæpè

ibid.	Sæpè etiam cursu quatiunt,& sole fatigant.	quatere cursu
ibid.	——tum cursibus auras	prouocare auras cursib.
	Prouocet, ac per aperta volans ceu liber habenis	volare per aperta æquora
	Aequora, vix summa vestigia ponat arena	
ibid.	Hic vel ad Elei metas,& maxima campi	sudare spatia campi
	Sudabit spatia,& spumas aget ore cruentas.	agere spumas ore
ibid.	Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros.	agitare onagros cursu
vir.4.Geor.	Excursusq; breues tentant.	tentare cursus
ibid.	Cum clamore ruit magno.	accedere concursu
vir. 1.Aen.	——concursu accedere magno.	tendere cursu
vir. 1.Aen.	——cursuq; amens ad littora tendit.	cursu petere
ibid.	Diffugiunt alij ad naues, & littora cursu Fida petunt.	sequi cursu
ibid.	——namque auia cursu Dum sequor.	
Vir.3.Aen.	——longos & circumflectere cursus.	circumflectere cursus
ibid.	——mox sese ad littora præceps Cum fletu tulit.	ferre se
vir.11.Aen.	——& pernicibus ignea plantis Congreditur.	cõgredi plantis pernicibus
	Transit equum cursu, frenisque aduersa præhensis	transire equum cursu
vir.4. Aen.	Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ	
	Decurrere iugis: alia de parte, patentes	decurrere iugis
	Transmittunt cursu campos, atque agmina cerui	transmittere cãpos cursu
	Puluerulenta fuga glomerant, montesque relinquunt.	glomerant fuga agmina
	At puer Ascanius medijs in vallibus acri	
	Gaudet equo, iamque hos cursu, iam præterit illos.	gaudere equo præterire alios cursu
Oui.1.Me.	——Fugit ocyor illa aura leui.	ocyor aura
Ho.1.c.o.1.	Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegisse iuuat.	colligere curriculo puluerem (ne
Ou.12.Me.	Quiq; pedũ nuper certamine vicerat omnes.	vincere pedũ certami-
vir.9.Aen.	Turnus vt ante volans tardum præcesserat agmen.	volando præcedere
vir. 8.Aen.	——Fugit ilicet ocyor Euro.	ocyor euro
	Speluncamq; petit pedibus timor addidit alas.	petere pedibus timor addidit alas
vir.12.Aen.	——illi æquore aperto	
	Ante notos, Zephyrumq. volant.	
ibid.	——vel equo præuertere ventos.	volare
vir.11.Aen.	——auolat ipse,	
	Haud mora, conuersisque fugax aufertur habenis,	auferri habenis
	Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat	fatigare quadrupede
vir.5. Aen.	Quiq; pedum cursu valet.	valere pedum cursu.

Hic

contendere cursu	Hic quicumque velint rapido contendere cursu .	ibid.
	Effusi nimbo similes,simul vltima signant . .	ibid.
	Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus	
ocyor vẽtis.& fulmine	Emicat,& ventis.& fulminis ocyor alis .	
terere calcem calice	Ecce volat,calcemq terit iam calce Diores .	
	——ille actus habena	vir. 5 Aen.
ferri	Curuatis fertur spatijs,	
Iuu.Sat.14.	Interea pleno cum turget sacculus ore; Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit	sacculus turget amor nummi
vir.5.Aen.	—argenti magnum dat ferre talentum.	magnum taleñtũ argẽti
vir.7.Æn.	Diuitis vber agri, Troiæve opulentia deerit.	opulenta Troiæ
Catullus.	Ipsius aut sedes, quacumq; opulenta recessit Regia, fulgenti splendent auro atque argẽto: Candet ebur folijs, collucent pocula mensis, Tota domus gaudet regali splendida gaza.	splendere auro
Tib.lib.1.	—nullo te diuitis auri Pondere, non gemmis vendere velle fidem.	
Tib.lib.3.	Non opibus mentes homini curæq. leuantur; Nam fortuna sua tempora lege regit.	mentes non leuantur opibus
ibid.	Nec me regna iuuẽt, nec Lydius aurifer amnis Nec quas terrarum sustinet orbis opes.	amnis aurifer, regna, opes
Tib.lib.4.	Non mihi cum magnis opibus domus alta niteret.	opes magnæ
Prop.lib.3.	Nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro Nec bibit è gemma diuite nostra sitis: Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur. Nec miser æra peto classe Corinthe tua.	aurum inuisum æternæ aliæ periphrases diuitiarum
ibid.	Ergo sollicitè tu causa pecunia vitæ es, Per te immaturum mortis adimus iter, Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes, Semina curarum de capite orta tuo.	
Boet.lib.2.	Tantas fundat opes, nec retrahit manum Pleno copia cornu.	copia pleno cornu
Boet.lib.3.	Quamuis fluente diues auri gurgite, Non expleturas cogat auarus opes.	
Iuue.Sa.10.	Sed plureis nimia congesta pecunia cura Strangulat, & cuncta exsuperans patrimonia census.	pecunia congesta
Claud.	Hinc sacræ mandantur opes, orbisq; tributa Possessi, quidquid fluuijs euoluitur auri, Quidquid luce procul venas rimata sequaceis.	opes sacræ

	Abdita pallentis fodit solertia Bessi.	
diuitiæ opimæ	—diuitijs attollit opimis.	Marullus.
	Vide Diues, & Aurum.	

DOCTRINA.

* Doctrina laboriosa, senilis, diuina, cælestis, & eiusmodi.

DOCERE, &c.

doctus per aliquem	Tempus adhoc per te primo sũ doctus ab æuo.	Latomus.
formare ad vsum	Tum quos ad studium, atque vsum formabis agrestem	vir.3.Geor.
	Iam vitulos hortare, viamq; insiste domandi	
	Dum faciles animi iuuenũ, dum nobilis ætas.	ibid.
docere signa	—causas, & signa docebo.	vir. 3. Aen.
illabi animis	Da pater augurium atque animis illabere nostris.	ibid.
instruere	—socios simul instruit armis.	
docere	—nunc qua ratione quod instat	vir.4. Aen.
dare documenta	Confieri possit, paucis, aduerte, docebo.	
	Et documenta damus.	Oui.1. Me.
	Littera pro verbis, quã pes in puluere duxit,	ibid.
	Corporis indicium mutati triste peregit.	
referre præcepta	Possum multa tibi veterum præcepta referre,	vir.1.Geor.
	—iste Deus qui sit da Tityre nobis.	vir. Eclo.1.
	Qui feros cultus hominum recentum	Ho.1. c.o.10
formare	Voce formasti.	
	Bacchum in remotis carmina rupibus	ho.2.c.o.19
docere	Vidi docentem.	
	—natus qui mollibus annis	Ouid.ep.1.
erudiendus mollibus	In patrias artes erudiendus erat.	
annis	Scire tuũ nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter.	Pers.Sat. 1.
	—& teneræ nimis	ho.3.c o.24
mẽtes formãdæ studijs	Mentes asperioribus Formandæ studijs.	
	—vnum Tritonia Pallas	vir. 5.Aen.
docere & reddere insignem arte	Quem docuit, multaq; insignẽ reddidit arte.	
	Phillyrides puerum cithara perfecit Achillẽ,	Oui.2.đ ar.
perficere aliquem	Atque animos molli contudit arte feros.	
contũdere animos arte	—damnosasque erudit artes.	Oũ. 8.Met.
erudire artes	Vt rudibus pueris monstratur littera primum	Manil. l.2.
monstrari	Per faciem, nomenq; suum; tum ponitur vsus:	
	Tum coniuncta suis formatur syllaba nodis:	
	Hinc verbis structura venit per membra legendi,	
pulcherrima pædo di-	Tum rerum vires, atque artis traditur vsus,	
scaliæ descriptio	Perque pedeis proprios nascentia carmina surgunt,	
	Singulaq; in summa prodest didicisse priora,	

Quæ nisi constiterint proprijs fundata elementis,
Versis, quæ properè dederint præcepta magistri. — instruere & creare corda & iungere dotes
Man.lib.4. Effluat in vanum rerum præposterus ordo.
—— dulci tincta lepore.
Corda creat, & voce bonos citharaq; sonanti
Instruit, & doteis alto cum pectore iungit.
Vide Cognoscere.
Doctus, Vide Eloquens.

DODONA.

* Dodona silua ferax, glandifera, celsa, vetus.

DOLOR.

* Dolor crudelis, grauis, sæuus, acer, intolerabilis, mæstus, infælix, sollicitus, vlulans, crudus, rapidus, æger, miser, dirus, memor, lethifer, acerbus, intolerandus, asper, intestinus, auidus, ardens, segnis, acutus, ingratus, vesanus, insanus, inquies, & inquietus, amatus, indomitus, trux, rapid⁹, violētus, atrox, gemebundus, flebilis, funebris, impius, affligens, erodens, impatiēs, tabificus, anxius, implacabilis, improbus, peruigil, funereus, infandus, & alia similia.

DOLERE, ET DOLOR, PRO Tristitia.

Mant. —— miseram dolor implacabilis haurit. — dolor implacabilis
vir. 1. Aen. —— curisq; ingentibus æger — curæ ingentes
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. — premere dolorē corde
ibid. Crinibus Iliades passis peplumq; ferebant — tristes crinibus passis
Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis, — & tūsæ pectora palmis
vir. 2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem. — dolor infandus
ibid. —— mæstorumq; ora parentum. — parentes mæsti
vir. 3. Aen. Cæruleis mæstæ vittis, atraq; Cupresso. — mæstæ cupresso
vir. 4. Aen. At regina graui iam dudum saucia cura. — cura grauis
vir. 1. Aen. —— mærentia pectora mulcet. — pectus mærens
Oui. 1. Met. Est tamen humani generis iactura dolori.
ibid. Ne finire licet tantos mihi morte dolores. — finire dolores morte
ibid. —— nunquam tibi causa doloris Hæc erit. — causa doloris
Ho. Ep. 17. Fastidiosa tristis ægrimonia. — ægrimonia fastidiosa
Albi ne doleas plus nimio, memor
Ho. 1. c. o. 33 Immitis Glycæræ, neu miserabiles
Decantes elegos, — decantare elegos
Ho. 2. c. o. 3 Seu mæstus omni tempore vixeris. — mæstus viuere
Ou. in Ibi. Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore, — mēs haud vacat dolore

Noxq;

	Noxq; die grauior sit tibi, nocte dies.	
mens turbata funere	Præcipitant curæ, turbataq; funere mens est.	vir.11.Aen.
frons non læta	Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu	vir. 6. Aen.
lumina deiecto vultu	—stetit acri fixa dolore,	vir. 7. Aen.
dolor acris	Hic Venus indigno nati concussa dolore.	vir.12.Aen.
dolor ora repressit	—dolor ora repressit.	Ou.6. Met.
dolor exarsit ossibus	Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens,	Vir.5. Aen.
genæ nō carent lachrymis	Nec lachrymis caruere genæ.	
	—nec dum antiquum exaturata dolorem.	ibid.
exaturare dolorem	Flos veterum virtusque virum quos iustus in hostem	vir.8. Aen.
dolor iustus	Fert dolor.	
dolor me tangit solum	—nec solos tangit Atridas Iste dolor.	vir.9. Aen.
	Quid me alta silentia cogis	vir.10.Aen.
vulgare dolorē verbis	Rumpere, & obductū verbis vulgare dolorē?	
agitari furijs doloris	—furijsq; agitata doloris.	Ou.6.Met.
	—contemptaque fontis	Ou.5. Met.
vulnus mente gerit. i. dolorem	Iura sui mærens, inconsolabile vulnus Mente geret tacita, lacrymisq; absumitur eīs.	
vultu mærente	—vultu mærente satelles.	Oui.ep.12.
	Omnia tecum vna perierunt gaudia nostra,	Catullus.
periphrasis doloris grauis	Quæ tuus in vita dulcis alebat amor: Cuius ego interitu tota de mente fugaui Hæc studia, atque omnes delicias animi.	
	O ego ne possim tales sentire dolores?	Tib. lib.3.
dies amara, noxq;	Nunc & amara dies, & noctis amarior umbra est.	ibid.
omnia tempora madēt felle	Omnia nam tristi tempora felle madent.	
	Sed veniat charæ matris comitata dolore, Mæreat hæc genero mæreat illa viro.	Luc.2.Pha.
questus	Tunc questus tenuere suos, magnusq. per oēs Errabat sine voce dolor.	
cateruæ mæstæ	—mæstæq; tenent delubra cateruæ.	ibid.
effectus doloris	Hæ lacrymis sparsere deos, hæ pectora duro Affixere solo, lacerasq; in limine sacro Attonitæ fudere comas.	
	Vtq; reformidant insuetum lumina solem, Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.	Ou.3.d Pō.
	Vide Aduersitas.	
	DOLIVM.	
	* Dolium picatum, spumans, dulce, fictile cauum, rimosum.	
	DOLIVM.	
portare aquas in dolia	In caua lethæas dolia portat aquas.	Oui.ī Ibin.
promere vina dolio	Ethorna dulci vina promens dolio	Hor.Epo.2.
cantharus grauis	Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.	vir. Eclo.6.
cadi siccati	—cadis cum Fece siccatis.	Ho.1.c.o.39

Hor 2.c.o.7	——nec Parce cadis tibi destinatis.	parcere cadis
	Obliuioso laeuia Massico Ciboria exple.	
Ho.1.c.o.19	Deprome quadrimum Sabina	
	O Taliarche merum dyota.	depromere merũ dyota
ibid.o.20.	Vile potabis modicis Sabinum	
	Cantharis, Græca quod ego ipse testa	canthari modici
	Conditum leui.	
Tib.lib.2.	Dolia dum magni deficientq; lacus.	dolia
Prop.lib.3.	Dũmodo purpureo spumẽt mihi dolia musto	
Statius.	Albanumq; cadum sordentem promere fumo.	cadus
	Vide Calix.	
	DOLON.	
	* Dolon antiquus, imbellis.	
	DOLONES.	
	* Dolones tela bellica, teretes, horrifici, sæui.	
	Dolor, Vide dolere.	
	DOLVS.	
	* Dolus turpis, malus, occultus, implexus, callidus, cautus, peruigil, illaqueans, hostilis vafer, prophanus, scelestus, falsus, fallax, fictus, tacitus, nocturnus, textus.	
	DOMINA.	
	*Domina emax, grata, superba, pulchra, fallax, rapax.	
	DOMINVS.	
	* Dominus superbus, potens, & similia.	
	DOMINARI, ET DOMINIVM.	
Latomus.	Ferrea in indomitos virga dominabere, & illos	dominari virga
	Franges, ceu fragili vasa coacta luto.	frangere
vir.2.Geor.	Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.	
vir.4.Geor.	——consortia tecta	
	Vrbis hẽt, magnisq. agitãt sub legibus æuũ.	habere
ibid.	——victorq; volentes	
	Per populos, dat iura, viamq; affectat olympo	dare iura
vir.1. Aen.	Hinc populum latè regem, belloq; superbum.	
ibid.	Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.	imperio premere
ibid.	Non illi imperium pelagi sæuumq; tridẽtem,	imperio prenere
	Sed mihi sorte datũ, tenet ille immania saxa	
	Vestras Eure domos, illa se iactet in aula	
	Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet.	
ibid.	——o qui res hominumq; Deumq;	
	Aeternis regis imperijs, & fulmine terres.	regere imperijs
ibid.	Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.	tenere terras ditione
ibid.	——moresque viris, & mœnia ponet.	ponere mores viris
ibid.	Triginta magnos voluendis mensibus orbes	
	Imperio explebit, regnumq. à sede Lauini	imperio explere
	Transfer-	

transferre imperium	Transferet,& lõgam multa vi muniet Albam	
	Hic iam ter centum totos regnabitur annos.	
	Imperium fine fine dedi, quin aspera Iuno	ibid.
	Quæ mare nunc,terrasque metu, cælumque fatigat	
	Consilia in melius refert,mecumq; fouebit	
	Romanos rerum dominos,gentemq; togatam.	
	——clarasque Mycenas	ibid.
seruitio premere	Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.	
dominari victis	Imperium Oceano, famã qui terminet Astris.	ibid.
	——Remo cum fratre Quirinus	ibid.
iura dare	——Iura dabunt.	
idem	Iura dabat,legesq; viris,operumq; laborem	ibid.
dare leges viris.	Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.	
frenare gentes iustitiã	Iustitiaq; dedit gentes frenare superbas.	ibid.
	——genitor cum Belus opimam	ibid.
vastare,& ditione tene re	Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.	
	Incensa Danai dominantur in vrbe:	vir.2. Aen.
dominari in vrbe	——tot quondam populis, terrisq; superbum	ibid.
regnator superbus	Regnatorum Asiæ	
dominari cunctis oris	Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris	Vir. 5.Aen.
regnare per vrbes	Priamidẽ Helenum Graias regnare per vrbes	ibid.
	Coniugio Æacidæ Pyrrhi,sceptrisq; potitum.	
	Sed fore qui grauidam imperijs,belloque frementem	vir.4.Aen.
regere	Italiam regeret,genus alto a sanguine Teucri	
mittere sub leges	Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.	
	——vrbesne inuisere Cæsar.	vir. 1. Geo
	Terrarumq; velis curam, & te maximus orbis	
	Auctorem frugum tempestatumq; potentem,	
descript.imperij	Accipiat, cingens materna tempora myrto:	
	An Deus immensi venias maris, ac tua nautæ	
	Numina sola colant,tibi seruiat vltima Thule	
cupido regnandi.	Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.	Ibid.
regere orbem	Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.	vir.4.Eclo.
	Te minor latum reget æquus orbem,	Ho.1.c.o.12
	Tu graui curru quaties Olympum.	
	Latius regnes auidum domando	Ho.2.c.o.2.
	Spiritum,quam si Libyam remotis	
	Gadibus iungas,& vterq; Pœnus Seruiat vni.	
	——stet Capitolium	Ho.3.c.o.5.
	Fulgens,triumphatisq; possit	
dare iura	Roma ferox dare iura Medis,	
tẽperare terrã & mare	Qui terram inertem, qui mare temperat	ibid.o.4.
	Ventosum,& vrbes,regnaq; tristia,	
	Diuosque,mortalesq; turmas	
imperio regere	Imperio regit vnus æquo,	

Ibid.o.14.	——tenente Cæsare terras.	tenere terras
Ou.2. Met.	——quod dominari in cætera posset	dominari in cætera
Ou.1.Met.	——effigiem moderantum cuncta Deorum	dei cuncta moderantes
vir.6. Aen.	En huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma	
	Imperium terris, animos æquabit olympo	æquare imperium o-
ibid.	——super & Garamantas, & Indos	lympo
	Proferet imperium.	proferre imperium
ibid.	——primus qui legibus vrbem	fundare orbem legib.
	Fundabit, Laribus paruis, & paupere recto	
	Missus in imperium magnum.	missus in imperium
ibid.	Tu regere imperio populos Romane memẽto	regere populos impe-
Vir. 7.Aen.	Externi veniũt generi qui sanguine nostrum.	rio
	Nomen in astra ferant, quorumque à stirpe nepotes	
	Omnia sub pedibus, qua sol vtrumq; recurrẽs	vertere omnia sub pe-
	Aspicit Oceanum vertiq; regiq; videbunt.	dibus
ibid.	——hinc progeniem virtute futuram	
	Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbẽ	occupare orbem viribꝰ
ibid.	——cum regna teneret	tenere regna
	Iam senior patrijs, sed non & filius aruis	
	Contentus, latè iam tum ditione premebat	premere populos ditio
	Sarrastes populos.	ne
Vir.8. Æn.	Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant;	mittere sub iuga
	Et mare quod supra, teneant, quodq; alluit infra	
ibid.	——sic placida populos in pace regebat	regere populos in pace
ibid.	Hanc multos florentem annos, rex deinde superbo	tenere vrbem imperio & armis
Auctor.	Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.	dare iura
	Genti te placidæ tam locupletia	
	Dantem iura graues tamq; salubribus	
	Terras auspicijs, & pace creditas	
	Seruantem studio conspiciens oues.	
Idem.	Euhyo possis comitante leges Ponere Francis,	ponere leges
vir.9. Aen.	Terra autem in manibus nostris.	
ibid.	——tumidusq; nouo præcordia regno.	esse in manibus
vir.10.Aen.	——magna ditione iubeto Carthago premat Ausoniam.	tumidus regno nouo
		premere ditione
vir.12.Aen.	——decus, imperiumq; Latini,	
	Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.	imperium penes aliquem est
Oui.6. Me.	——me regia Cadmi sub domina est.	capere moderamen rerum, & sceptra loci
ibid.	Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erectheus.	
Oui ep.12.	Hic Ephyrem bimarem. Scythiam tenet ille niuosam;	tenere
	Omne tenet, ponti qua plaga læua iacet:	

India

dare colla triumpho	India quin Auguste tuo dat colla triumpho,	Prop. lib. 2.
	Et domus intactæ te tremit Arabiæ:	
	Et si qua extremis tellus se subtrahit oris,	
sentire manus alienas	Sentiet illa tuas postmodo victa manus.	
regna tenere	Is mos Saturno regna tenente fuit.	ibid.
tenere summa mundi	——mundi iam summa tenentem.	Luc. 5. Pha.
rector mundi	——summe mundi rector, & parens orbis.	Mart. lib. 7.
tradere habenas	Cui pater æternas post sæcula tradat habenas,	Mart. lib. 5.
regere orbem	Quiq; regas orbem cum seniore senex.	
parare triumphos	——parat vltima terra triumphos.	Prop. lib. 3.
regere populos sceptro	Tigris & Euphrates sub tua iura fluent.	
	Hic tamen sceptro populos regebat,	Boet. lib. 2.
	Quos videt condens radios sub vndas	
	Phœbus extremo veniens ab ortu,	
	Quos premunt septem gelidi Triones,	
	Quos Notus sicco violentus æstu	
	Torret, ardentes recoquens arenas.	
	Etenim licet Indica longè	Boet. lib. 3.
tremiscere iura aliena	Tellus tua iura tremiscat.	
tenere sceptra	Hic regum sceptrum dominus tenet,	Boet. lib. 4.
temperare habenas	Orbisq; habenas temperat.	
	——quantusque potentes	Statius.
regere vrbes sortito anno	Mille vrbes Asiæ sortito rexerit anno	
	Imperium mulcente toga.	
esse sub regno alieno	Totaq; sub regno terra futura tuo est.	Ou. 1. d. ar.
tenere sceptra	Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior orta est,	Oui. ep. 15.
	Finibus immensis vix obeunda tenet.	
regina	Ibis Dardanias ingens regina per vrbes.	ibid.
potentes regum	——partiri non potes orbem Solus habere potes.	Luc. 1. Pha.
	Inde alij multi reges, rerumq; potentes	Lucr. lib. 3.
imperitare gentibus	Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarũt.	Mart lib 6.
dominus terrarum	Terrarum dominum propius videt ille, tuoq;	
	Terretur vultu barbarus, & fruitur.	Sta. 1. The.
contentus habenis hominum	——maneas hominum contentus habenis,	
	Vndarum, terræque potens.	Man. lib. 1.
terræ vndarumq. potēs	——Cæsar patriæ princepsq; paterq;	
princeps paterq. patriæ	Qui regis augustis parentem legibus orbem,	Man. lib. 4.
regere orbem	Concessumq. patri mundũ Deus, ipse mereris,	
imponere iugũ terris	Imponetq; iugum terris, legesq; rogabit,	
	Illum vrbes, & regna trement, nutuq. regētur	
	Vnius, & cæli post terras iura manebunt.	
	Vide Debellare.	

DOMVS.

* Domus superba, marmorea, alta, eximia, ardua, aulæata, quadrata, & similia in margine.

DOMVS.

Mant.	Ad Boreā ſublime domus leuat ardua culmē.	domus ad Boream
vir.2.Geor.	—— foribus domus alta ſupeibis.	domus alta foribus
vir.3. Geo.	—— redeunt in tecta.	tecta
ibid.	—— ſub terra fodere larem.	lares
ibid.	—— ſine vllis hoſpitijs.	hoſpitium
ibid.	—— tectumque, laremque.	tectum, lareſq;
ibid.	—— & certos nouere penates:	penates
ibid.	—— intra ſepta domorum.	ſepta domorum
ibid.	—— cunctantur in ædibus.	ædes
ibid.	—— ſtatio tutiſſima nautis.	ſtatio
Vir.1. Aen.	Miratur molem Aeneas magalia quondam.	magalia
ibid.	At domus interior regali ſplendida luxu.	domus ſplendida
ibid.	Fit ſtrepitus tectis, vocemq. per ampla volutāt	tecta
vir. 2.Aen.	Atria.	atria ampla
ibid.	—— adytis effert penetralibus ignem.	adyta, & penetralia
ibid.	Limen erat, cæcæq; fores, & peruius vſus	limen, fores, tecta
ibid.	Tectorum inter ſe.	
ibid.	Apparet domus intus, & atria lōga pateſcunt,	domus, atria
ibid.	Limina tectorum.	
	Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat.	porticus, atria
Vir. 3.Aen.	Hoſpitium antiquum Troiæ, ſocijq; penates.	hoſpitium, & penates
Ibid.	Linquere pollutum hoſpitium.	
vir. 4.Aen.	Interiora domus irrumpit limina.	limina domus
Ou.1. Met.	Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni	ſedes, & tecta
	Ingredior.	
idib.	Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia	domus, ſedes, penetra-
	magni Amnis.	lia
Ho. Epo.2.	—— & ſuperba ciuium Potentiorum limina.	limina
Ho.1 c.o.30	—— decoram Transfer in ædem.	ædes decora
Ho.2.c.o.18	Non ebur, neque aureum	lacunar aureum
	Mea renidet in domo lacunar,	
	Nec trabes hymettiæ	trabes, & columnæ
	Premunt columnas vltima reciſas Africa.	
Ho.1.c.o.29	Mundæq; paruo ſub lare pauperum	ſub lare paruo
	Cænæ ſine aulæis, & oſtro.	
Ou.1 .Met.	—— ſuos poſuere penates.	penates
ibid.	Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.	palatia cæli
Mart.lib.2.	Inuidioſa feri radiabant atria regis.	atria, & domus
	Vnaq; iam tota ſtabat in vrbe domus.	
Mart.lib.8.	Laurigeros domini liber intrature penates.	penates
Mart.lib.2.	Inde petit centum pendentia tecta columnis.	tecta, & penates
Mart.lib.1.	—— clari ſub fronte penates,	atria domus
	Atriaq; excelſæ ſunt adeunda domus.	palatia
ibid.	Inde ſacro veneranda petes palatia cliuo.	regia alta
Ou.2. Met.	Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis,	deſcriptio ſplendidiſſi-
	Clara micāte auro, flāmaſq; imitante pyropo,	ma regiæ Solis

	Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat,	
	Argenti bifores radiabant lumine valuæ.	
domus paruæ	——cum frigida paruas	Iuue. Sat 5.
ignis lar	Præberet ſpelunca domos, ignemq; laremq;,	
	Et pecus, & dominos communi clauderet vmbra.	
penetralia fauſta	Nutrita fauſtis ſub penetralibus.	Ho.2.c.o.4.
lar, & penetralia	Pergameumq; larem, & canę penetralia Veſtę.	vir.5. Aen.
medium tecti, penetralia,	Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis.	vir.7. Aen.
tectum, tecta	Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis	ibid.
	Vrbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici.	
	——rara domorum Tecta vident.	vir.8. Aen.
ſubter faſtigia tecti	——anguſti ſubter faſtigia tecti.	ibid.
penates magni	——per magnos Niſe penates,	vir.9. Aen.
lar, penetralia	Aſſaraciq; larem, & canæ penetralia Veſtæ.	Catullus.
domus, penates	Veniſtine domum, ad tuos penates?	Idem.
lares	——venimus larem ad noſtrum.	Idem.
	Ruſtica agricolæ bonis.	
	Tecta frugibus exples.	
veſtibulum	Sic tum veſtibuli linquentes regia tecta.	Idem.
ſedes,	Ipſius at ſedes, quacumque opulenta receſſit	Idem.
regia	Regia fulgenti ſplendent auro, atq; argẽto:	
	Candet ebur ſolijs, collucent pocula menſis,	
	Tota domus gaudet regali ſplendida gaza.	
	——cum paupere cultu	Tib.lib.1.
ædes exigua	Stabat in exigua ligneus æde Deus.	
caſa parua	Occupat in parua pigra ſenecta caſa,	ibid.
caſæ humiles	Et ſtabant humiles in Iouis arce caſæ.	Tib.lib.2.
tectum marmoreum	Non vt marmorei prodirem è limine tecti	Tib. lib.3.
	Inſignis, conſpicuuſque domo.	
domus innixa colũnis	Quidve domus prodeſt Phrygijs innixa columnis,	ibid.
	Tænare ſiue tuis, ſiue Chariſte tuis?	
domus alta nitet opib.	Nam mihi cum magni opibus domus alta niteret.	Tib. lib.4.
domus fulta columnis	Quod non Tænarijs domus eſt mihi fulta columnis,	Prop.lib.3.
camera eburna	Nec camera auratas inter eburna trabes,	
domus nitet laquearibus	Quod domus excelſis niteat laquearib. aurum,	Statius.
	——cum ſolem nondum prohibebat, & imbrem Tegula.	Ou. 2. d ar.
tegula		
aperire penates	——dignare tuos aperire penates.	Lu. ad C. Pi.
tecta incũbunt colũnis	At tua centenis incumbunt tecta columnis.	Mart. lib.5.
aditus ſuperbi	Ille ſuperbos aditus regum,	Se i He. fu.
fores duras colere	Duraſque fores expers ſomni Colit.	Se. in Thy.
arx ſumma	In arce ſumma Pelopis, vna eſt pars domus	
	Con-	

	Conuersa ad Austros, cuius extremum latus.	
	Æquale monti crescit, atque vrbem premit,	
	Et contumacem regibus populum suis	
	Habet sub ictu: fulget hic turbæ capax	
	Immane tectum, cuius auratas trabeis	
	Varijs columnæ nobiles maculis ferunt:	
	Post ita vulgo nota, quæ populi colunt,	
	In multa diues spatia discedit domus:	
	Arcana in imo regia recessu patet.	
Stat.4.Syl.	Tectum, augustum, ingens, & centum insigne columnis:	tectum augustum
	Sed quantæ superos Cælumq. Atlante remisso	
	Sustentare queant, stupet hoc vicina Tonantis	
	Regia.	
ho.i.se.sa.6	—cum ponit vterque	
	In locuplete domo vestigia rubro vbi cocco	
	Tincta super lectos canderet vestis eburnos.	locuples domus
Sta.2.The.	—læto regalia cœtu Atria complentur.	atria regalia
Maut.	Eximias luxu dilapidante domos.	domus eximiæ
	DOMVS RVSTICA. Vide Casa.	
	DONVM.	
	* Doni epitheta vide in voce munus, & beneficium, item in margine plura reperies.	
	DONVM, DONIS AFFICERE.	
vir.3. Aen.	—sunt & sua dona parenti.	dona
	Addit equos, additq; duces.	
ibid.	Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto	dona auro grauia
	Imperat ad naues ferri, stipatq; carinis	
	Ingens argentum.	
ibid.	Textilibusq; onerat donis, ac talia fatur.	dona textilia
	Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum	
	Sint, puer, & longum Andromaches testentur amorem	
	Coniugis Hectoreæ cape dona extrema tuorū.	
Vir.4. Aen.	—extremū hoc miseræ det munus amanti.	dare munus amanti
ibid.	—diues quæ munera Dido Fecerat.	facere munera
Ou.1. Met.	—petit hanc Saturnia munus.	petere munus
ibid.	Sed leue si munus.	munus leue
vir. Eclo.2.	Fistula Damœtas dono mihi quam dedit olim.	dono dare
vir. Eclo.5.	An quidquam nobis tali sit munere maius?	donare aliquē munere
ibid.	Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.	reddere dona
ibid.	Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona.	
Mart.lib.3.	Cuius vis fieri libelle munus.	
Mar. li.10	—quem cum mihi Roma dedisset,	
	Nil tibi quod demus maius habemus ait.	dare munera
Mar.lib.2.	Vis dare mai⁹ adhuc, & inenarrabile munus.	inenarrabile munus

	Quæ vel donanti non graue munus erat.	ibid.
perferre munus	——charo perfert leue munus amico.	Mart.lib.4.
mittere munera, & accipere	Hęc tibi vir quondã, nũc frater, casta Neæra,	Tib.lib.3.
	Mittit, & accipias munera parua rogat.	
mittere munera	Munera quod senibus, viduisq. ingẽtia mittis.	Mart.lib.1.
	Vis te munificum Gargiliane vocem.	
largiri, donare	Quid sit largiri, quid sit donare docebo,	
	Si nescis, dona Gargiliane mihi.	
dare munera	——cui diues egenti munera multa dedi.	Ou.ep.2.
petere munus	——quoduis pete munus, & illud	Ou.2.Met.
ferre munus i. accipere	Me tribuente feres.	
donare aliquẽ munere	Sergestum Aeneas promisso munere donat.	vir.5. Æn.
cumulare aliquem muneribus	——sed lętum amplexus Acesten	ibid.
	Muneribus cumulat magnis	
	Cratera impressum signis, quem Thracius olim	ibid.
ferre in magno munere	Anchisæ genitori in magno munere Cysseus	
	Ferre sui dederat monumentum, & pignus amoris	
donare connubia muneribus	His mea muneribus genitor connubia donas?	Oui.ep.11.
	Nam sudaria Seteba ex Iberis	Catullus.
mittere aliquid muneri alicui	Miserunt mihi muneri Fabullus,	
	Et Veraunius.	
dare nouum munus	——hoc nouum, ac repertum	Idem.
munus reddere	Munus dat tibi Silla litterator.	
conferre munera	Hoc tibi quo potui confectũ carmine munus	Idem.
	Pro multis aliis redditur officiis.	
	Et vaga nunc certa discurrunt vndiq; pompa,	Tib.lib.3.
	Perq; vias vrbis munera, perq; domos.	
	Hæc ubi contulerint cælestia munera diui,	Prop.lib.2.
	Non, non humani sunt partus talia dona.	
	——timeo Danaos & Dona ferentes.	vir.2. Aen.
	Vide, Præmium, & Liberalis.	

DORCADES.

* Dorcades fugaces, leues.

DORIS.

* Doris filia Oceani pro mari sumitur, Doris amara, cærulo, spumosa, glauca, diffusa, neptunia, formosa, grandæua, cærulea, diflua, & cætera omnia quæ ipsi mari attribui possunt.

DORMIRE.

indulgere somno	——iuuat somno, iuuat indulgere sopori.	Latomus.
somni molles	——mollesq sub arbore somni Non absunt.	vir.2.Geor.
dormire	——& Sarrano dormiat Ostro,	ibid.
	Et multa duram stipula, filicumq; maniplis	vir.3. Geo.
sternere humum	Sternere subter humum.	

molles

ibid.	—molles sub dio carpere somnos.	carpere somnos sub dio
ibid.	—nec somnos abrumpit cura salubres.	cura sõnos nõ abrũpit
vir.4. Geo.	Post vbi iam thalamis se composuere, siletur	componere se thalamis
	In noctem, fessosq; suos sopor occupat artus.	sopor occupat artus
ibid.	—quo fessus ab vndis	
	Se recipit facile, vt somno aggrediare iacentẽ.	iacens somno
ibid.	—incepto tegeret cum lumina somno.	tegere lumina somno
ibid.	Sternunt se somno diuerso in littore Phocæ.	sternere se somno
ibid.	—conditq. natantia lumina somnus.	somnus condit lumina
vir. 1. Æn.	—primo quæ prodita somno	somnus primus
	Tydides multa vastabat cæde cruentus.	
ibid.	Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,	sopitus somno
	Aut super Idalium sacrata sede recondam.	
ibid.	At Venus Ascanio placidã per mẽbra quietẽ	quies placida
	Irrigat.	
vir.2. Aen.	—suadentq; cadentia sidera somnos.	sidera somnos suadent
ibid.	—fusi per mœnia Teucri	
	Conticuere, sopor fessos complectitur artus.	sopor artus cõplectitur
ibid.	Inuadunt vrbem somno, vinoq. sepultam.	sepulti somno
ibid.	Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris	prima quies
	Incipit, & dono diuum gratissima serpit.	
vir. 3. Aen.	Nox erat, & terris animalia somnus habebat.	somnus habebat animalia
ibid.	Sternimus optatæ gremio telluris ad vndam	
	Sortiti remos, passimq; in littore sicco	
	Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.	sopor irrigat artus fessos
ibid.	—vinoq; sepultus	
	Ceruicem inflexam posuit, iacuitq; per antrũ	per somnum
	Immensum, saniẽ eructans, ac frustra cruento	
	Per somnum commista mero.	
vir.4. Aen.	— stratisq; relictis Incubat,	incubare stratis
ibid.	—Nec dulci declinat lumina somno	declinare lumina sõno
ibid.	— Somno positæ sub nocte silenti,	positus somno
	Lenibant curas, & corda oblita laborum.	
ibid.	— Nec vnquam	
	Soluitur in sõnos, oculisve, aut pectore noctẽ	accipere somnos oculis
	Accipit.	
ibid.	—Iam certus eundi Carpebat somnos.	carpere somnos
ibid.	—Potes hoc sub casu ducere somnos?	ducere somnos
ibid.	Nox erat, & placidũ carpebant fessa soporem	carpere soporem
	Corpora per terras.	
Ou. 1. Met.	Nocte grauem somno.	somno grauis
ibid.	Inq; suis vicibus capiebant bina quietem.	capere quietem
ibid.	Ille tamen pugnat molles euincere somnos,	euincere sõnos molles
	Et quãuis sopor est oculorum parte receptus,	sopor receptus oculis
	Parte tamen vigilat.	
ibid.	—vidit Cyllenius omnes	

oculi succubuerunt	Succubuisse oculos,adopertaq. lumina somno.	
firmare soporem	—— firmatq; soporem	ibid.
	Lāguida permulcens medicata lumina virga.	
inuitare somnos	Somnos quod inuitet leues.	Ho.Epo. 2.
feræ languidæ sopore	——feræ Dulci sopore languidæ.	Ho.Epo. 5.
iacere	——inter sericos iacere puluillos amant.	Hor. Epo.8.
somni dulces	Tunc somni dulces.	vir.1. Geo.
inire somnum susurro	Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.	vir. Eclo 1.
requiescere	Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem	ibid.
	Fronde super viridi.	
iacens somno	Silenum pueri somno videre iacentem.	vir. Eclo.6.
dormirem	Vt tuto ab atris corpore viperis Dormirem.	Ho.3.c.o.4.
	Non auium Cytharæq.cantus	ibid.o.1.
reducere somnos	Somnos reducent,somnus agrestium	
	Lenis virorum non humiles domos	
	Fastidit,vmbrosamq. ripam.	
nox cum somno	Sit nox cum somno.	Mart.lib.2.
somni post vina	——somni post vina petuntur.	Mart.lib.3.
frui somno	——somno meliore fruaris.	Oui.in Ibi.
rumpere somnum	Non rumpet altum pallidus somnum reus,	Mart.lib.1.
dormire totum mane	Sed mane totum dormies.	
sopitus totis venis iace	In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat	Ou.12.Me.
inexperrectus (bat	Sopitus venis,& inexperrectus Aphidas.	
nox data est somno	——nox est data cætera somno.	ibid.
reponere membra toro	Venator defessa toro cum membra reponit.	Claud.li.3.
herba dabit somnos	Somnos dabat herba salubres.	Boet lib.2.
prima quies	Prima quies aderat,qua curis fessa diurnis	Ou.8.Met.
somnus habet pectora	Pectora somnus habet.	
	Iamq; ferè mediam cæli nox humida metam	vir.5. Aen.
laxare membra quiete	Contigerat, placida laxarant membra quiete,	
hora datur quieti	Sub remis fusi per dura sedilia nautæ	
	——datur hora quieti,	ibid.
ponere caput, & furari	Pone caput,fessosq; oculos furare labori.	
oculos labori	——cunctantiq; natantia lumina soluit:	ibid.
quies laxauerat artus	Vix primos inopina quies laxauerat artus.	
incūbere pellib. stratis	Pellibus incubuit stratis somnosq; petiuit.	vir.7. Aen.
somnos petere	Nox erat,& terras animalia fessa per omnes	vir. 8. Aen.
sopor altus habebat a-	Alituum, pecudumque genus sopor altus ha-	
nimalia	bebat,	
	Cum pater in ripa gellidiq; sub ætheris axe	
	Æneas,tristi turbatus pectora bello,	
procumbere , & dare	Procubuit, seramq; dedit per membra quietē	
quietem per membra	——placidumq; petiuit	ibid.
petere soporem infu-	Coniugis infusus gremio per membra soporē	
sus gremio coniugis	——oculos vbi languida pressit Nocte quies	vir.12.Aen.
quies vbi p̄ssit oculos	Cætera per terras omnes animalia somno	Vir.9 Aen.
	Laxa-	

	Laxabant curas,& corda oblita laborum.	laxare curas somno
Vir.6.Aen.	——custode sepulto.	
ibid.	Tum me confectum curis,somnoq.grauatum	grauatus somno thala
	Infelix habuit thalamus, pressitq; iacentem	mus me habuit
	Dulcis,& alta quies,placidæq́.simillima morti	quies morti simillima
vir.7. Aen.	Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.	
ibid.	——placida cum nocte iaceres.	nocte quietē carpere
Auctor.	Anxia cælesti membra sopore rigat.	iacere nocte
vir.9.Aen.	——somno vinoq; soluti Procubuere.	rigare membra sopore
ibid	——somno vinoq; sepulti Conticuere.	somno soluti procūbūt
ibid.	——passim vino, somnoq; per herbam	
	Corpora fusa vident,arrectos littore currus,	corpora fusa per herbā
	Inter lora,rotasq; viros,simul arma iacere,	
	Vina simul.	
ibid.	——qui forte tapetibus altis	
	Extructus,toto proflata pectore somnum.	ꝓflare somnū pectore
Ou.6. Met.	——hinc placido dantur sua corpora somno	corpora dantur somno
Ou.5. Met.	——somnoq; grauatum Aggreditur.	grauatus somno
Ou.3. Met.	Ille mero somnoq.grauis titubare videtur.	somno meroq. grauis
Oui.Epi.3.	Tutius est iacuisse toro.	toro iacere
Oui. epi.8.	Nox vbi me thalamis vlulantem,& acerba ge-	nox me thalamis cōdi-
	mentem.	dit
	Condidit,in mæsto procubuiq; toro:	procumbere toro
	Pro somno lachrymis oculi fungūtur obortis.	
	Lumina custodis succumbere nescia somno.	succumbere somno
Ou.Ep.14.	Iamq.cibo,vinoq.graues,somnoq iacebant,	graues somno iacebant
	Securumq.quies alta per Argos erat.	quies alta
Oui.Ep.15.	——animo te nocte videbam,	
	Lumina cum placido victa sopore,iacent.	lumina victa sopore
Catullus.	Cum mens onus reponit, ac peregrino	
	Labore fessi venimus larem ad nostrum,	
	Desideratoq; acquiescimus lecto.	acquiescere lecto
Idem.	Nimio è labore somnum capiūt sine Cerere,	capere somnum
	Piger his labātes lāguore oculos sopor operit	sopor oculos operit
Idem.	Abit in quiete molli rabidi furor animi	in quiete molli
Tib.lib.1.	——eam dulci deuinctam lumina somno.	deuinctꝰ lumina sōno
ibid.	——satis est requiescere lecto,	requiescere lecto
	Scilicet & solito membra leuare toro.	leuare membra toro
ibid.	Securum somnos igne iuuante sequi.	sequi somnos
ibid.	——& puro secubuisse toro.	secumbere toro
ibid.	——somnumq; petebat	somnum petere
	Securus varias dux gregis inter oues	
Tib lib.3.	Nec me sopierat mēti Deus vtilis ægræ Sōnus	somnus me sopierat
ibid.	Pressit languentis lumina sera quies.	quies pressit lumina
ibid.	Et cum te fusco somnus velauit amictu.	somnus te velauit
Prop.lib.3.	Quod si Bacchè tuis per feruida tēpora donis	
	Accersitus erit somnus in ossa mea:	sōnus accersitus in ossa

experiri somnum	Experiar somnum de te mihi somnia quæram	Prop.lib.4.
	Fac veniat oculis vmbra benigna meis:	
permisit brachia sōno	Dixit & incerto permisit brachia somno.	
	Iam iam deficio,tuoq; Baccho	Statius.
trahi in soporem	In serum trahor ebrius soporem.	
incubare somno	Stratis pæniter,incubatq; somno.	Idem.
somnus nocte excipit	Nocte fatigatum somnus,non cura puellæ,	Ou. 1.Trié.
leuare membra quiete	Excipit,& dulci membra quiete leuat,	
sopor furtim subit lu-	—subit furtim lumina fessa sopor.	Oui.Ep.18.
mina	Stamina de digitis cecidere sopore remissis.	ibid.
dare colla puluino &	Collaq; puluino nostra ferenda dedi.	
digiti remissi sopore re	—versa ceruice recumbo.	Oui.Ep.15.
cumbere	His ego si vidi mulcētē pectora sōnū Noctib.	Oui.Ep.16.
mulcere pectora sōno	Inde soporifero cesserunt languida somno	Luc.3.Pha-
membra cedūt sōmno	Membra ducis.	
sopor tenet membra	—corpora segnis Nostra sopor tenuit.	Luc.5.Pha.
capere somnos cum cō	Securos cepisse pudet cum coniuge somnos.	ibid.
grauatus somno (iuge	—somno quam sæpè grauata.	ibid.
membra dedita somno	Præterea molli somno cum dedita membra,	Lucr.lib.3.
corpus effusum iacet	Effusumq; iacet sine sensu corpus onustum.	
abire in somnum	Aut abit in somnum grauis	ibid.
mādare corpus quieti	—& fessum corpus mandare quieti.	Lucr.lib.4.
somnus mēbra irrigat	—somnus per membra quietem	ibid.
somnus cibū sequitur	Irriget,atque animi curas è pectore soluat.	
	Deinde cibum sequitur somnus.	
sopor grauissimus	—& multo sopor ille grauissimus extat,	ibid.
	Quem satur, aut lassus capias.	
cura indulget soporem	Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,	Iuu.Sat 13.
membra toro quiescūt	Et toto versata toro iam membra quiescunt.	
turgescere somno	Hic satur irriguo mauult turgescere somno.	Pers.Sat. 5.
sōnus occupat corpora	Nox subit,& curis exercita corpora somnus	Ou.7.Met.
	Occupat.	
sopor altus habet regē	—sed adhuc regem sopor altus habebat,	ibid.
prima quies	Prima quies aderat qua curis fessa diurnis	Ou.8.Met.
corpora somnus habet	Corpora somnus habet.	
indulgere somno	Manlius indulget somno noctesq; diesq;	Claud.
mulcere corpora sōno	—mulcentem securo membra sopore.	Sil.Ita.li.3.
consumere noctē sōno	Turpe Duci totam somno consumere noctē.	ibid.
	—sopor sua munera tandem	Sil.Ita.li.1.
sopor fundit quietem	Applicat, & mitē fundit per mēbra quietem.	
cōponit lumina sōnus	Donec composuit luctantia lumina somnus.	Sil.Ita.li.7.
haurire dona noctis	—haurire sinebant	ibid.
nocte pacem agere	Dona soporiferæ noctis.	
	—& lati stagna profundi.	ibid.
	Condiderat somnus,positoq; labore dierum	
(na	Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat	Sil.Ita.l.13.
somnus implebat lumi	Implebat quamq̃ languentia lumina somnus	
	dant	

Sil.Ita.l.io.	——dant corpora somno,	dare corpora somnon &
	Et dura in noctem curarum vincula soluunt	soluere vincula curarũ
Mart.lib.7.	Cum liceat tota stertere nocte tibi.	stertere tota nocte
Se.I he.fu.	Cum somno dederit peruigili genas.	dare genus somno
ibid.	——vultus in somnum cadit,	vultus cadit in somnũ
	Et fessa ceruix capite summisso labat.	ceruix labat somno
ibid.	——tuq; o domitor	
	Somne laborum, requies animi,	
	Pars humanæ melior vitæ,	
	Volucer matris genus Astrææ,	
	Frater duræ languide mortis,	
	Veris miscens falsa, futuri	pulcherrima apostrophe ad somnum
	Certus, & idem p ssimus auctor.	
	Pater o rerum, portus vitæ,	
	Lucis requies, noctisq; comes.	
	Qui par regi, famuloq; venis,	
	Placidus fessum, lenisq; foues,	
	Pauidum leti genus humanum,	
	Cogis longam discere mortem.	
	Preme deuictum torpore graui,	
	Sopor indomitos alliget artus	
Sen.i Hip.	Non me quies nocturna, non altus sopor	quies nocturna & sopor altus soluit curis
	Soluere curis.	
ibid.	——cespite aut nudo leues Duxisse somnos.	ducere somnes cespite nudo
Sen.i Troa.	Ignota tandem venit afflictæ quies,	
	Breuisq. fessis somnus obrepsit genis.	quies venit afflictæ
Sen i Aga	Non curarũ somnus domitor Pectora soluit,	somnus obrepit genis
Sen.in Oct.	——membra cum soluit quies,	somnus curarum domitor, soluit pectora
Bencius.	Somno & quieti debitæ	
	Est temporis satis datum:	quies membra soluit
	Noctem, Deo qui seruiunt,	satis datũ est temporis
	Dormire totam non decet.	somno
	Et fessa fletu lumina oppressit sopor	dormire totam noctem
Oui.1.Fast.	Nec pudor in stipula placidam cepisse quietẽ	sopor oppressit lumina
	Nec fænum capiti supposuisse suo,	capere quietẽ ĩ stipula
ibid.	Nox erat, & vino somnum facientes iacebant	vinum faciẽs somnum
	Corpora diuersis victa sopore locis.	corpora victa sopore
	Lotis in herbosa sub acernis vltima ramis,	quiescere humo
	Sic, vt erat lusu lassa, quieuit humo.	
ibid.	Illa tamen multi plena soporis erat.	plenus soporis
Ou.4 Fast.	Danlq; leui somno corpora functa cibo.	dare corpora somno
Ou.2.Fast.	——sic dant sua corpora somno	idem
	Et positis iuxta succubuere toris.	succumbere toris
Ou.3.Fast.	Dum sedet vmbrosæ salices, volucresque canoræ	volucres faciunt sõnos
	Fecerunt somnos & leue murmur aquæ,	
	Blanda quies furtim victis subrepsit ocellis,	quies subrepsit ocellis

	Et cadit à mento languida facta manus .	
capere munera somni	In stipula placidi capiebat munera somni ,	ibid.
	Et tamen ex illo venit in astra toro.	
cápere quietem	Vesta iacet, placidamq. capit secura quietem,	Ou.6.Fast.
	Sicut erat positum cespite fulta caput.	
somnus me habebat	Publica me requies curarũ somnus habebat ,	Ou.2.ð Pō.
membra toro fusa	Fusaq; erant toto languida membra toro.	Eleg.3.
recumbere & dormire	Circumfusa rosis, & nigra recumbit amomo,	Mart.lib.12
in pluma & toro	Dormit & in pluma, purpureoq. toro.	
deponere caput, & re-	——molli languore solutus,	Ou.11.Me.
comedere strato	Deposuitq.caput.stratoq.recondidit alto.	
resoluere mēbra fessa	Et membra somno fessa resoluens .	Cl. in Epi-
	Forte Venus blando quæsitũ frigore somnum,	thala.
	Vitibus intexti gremio successerat antri.	ibid.
fundere artus	Densaq. sidereos per gramina fuderat artus .	
tacere. i. dormire	Sæpius æstiuo taceat cum forte sopore .	Cl.de N lo.
mergere graues oculos	Ille graueis oculos, languentiaq. ora comanti	
	Mergit humo, fessusq. diu puerilibus actis	Sta.5. The.
labi in somnos	Labitur in somnos.	
somnus in herba	——prope riuum somnus in herba.	Hor.1.Epi.
esse in nocte, & locare	Nos in nocte sumus, somnosque in membra	Manil. l.1.
in membra somnos	locamus.	
stertere supinus	——stertitq. supinus.	Hor. 1.ser.
	Vide, Iacere. Somnium.	sat.5.

D R A C O.

* Draco squammosus, immanis, indicus, cristatus, auidus, insonitus, cæruleus, volucer, Titaniaces, viridis, tortus, sæuus, aliger, maculosus, toruus, flexus, intortus, vorticosus, venenosus, terribilis, longus.

D R V I D Æ.

* Druidæ sacerdotes Galliæ, qui in syluis degebant, ideo, dicuntur Druidæ syluiugi, seueri, prisci, & similia.

D R Y A D E S.

* Dryades semideæ, cultæ, formosæ procaces.

DVBITARE I. TIMERE.

horrere	Nec vanos horret strepitus.	Vir. 3. Geo.
	Cum spes arrectæ iuuenum, exultantiaque haurit	ibid.
pauor haurit corda	Corda pauor pulsans.	
vis metuenda	Vtraque vis apibus pariter metuenda.	vir.4. Geo.
metuere hyemem	Sin duram metues hyemem .	ibid.
perculsus formidine	——perculsa noua mentem formidine mater.	ibid.
stupefactus	Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum .	ibid.
	——quibus aut odium crudele Tyranni	vir. 1. Aen.

Aut

	Aut metus acer erat.	metus acer est mihi
ibid.	Lætitiaq; metuq; auidi.	auidi metu lætitiaque
ibid.	Et vereor quo se vertant.	vereor
vir.2. Aen.	Quanquam animus meminisse horret.	horret animus meminisse
ibid.	—— timeo Danaos, & dona ferentes.	timeo
ibid.	—— conspectu in medio turbatus inermis Constitit.	turbatus consistere
ibid.	Prosequitur pauitans.	pauitare
ibid.	Obstupuere animi, gelidusq. per ima cucurrit Ossa tremor.	obstupescere tremor currit per ossa
ibid.	Horresco referens.	horrescere
ibid.	Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis Insinuat pauor.	pauor insinuat per pectora
ibid.	—— Androgeos visu tremefactus abibat.	tremefactus visu
ibid.	—— & formidine captos Sternimus.	captus formidine
ibid.	—— iras Permetuens.	permetuens
	Non pauidi trepidare metu.	trepidare metu
vir.3. Aen.	—— mihi frigidus horror Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.	horror quatit membra sãguis coit formidine
ibid.	Tum vero ancipiti mẽtem formidine pressus Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.	obstupui, stant comæ, & vox hæsit faucibus
ibid.	At socijs subita gelidus formidine sanguis Diriguit, cecidere animi.	sanguis formidine diriguit animi cecidere
ibid.	—— formidatus nautis.	formidatus
ibid.	Ne dubita.	non dubitare
ibid.	—— sonitumq pedum, vocemq; tremisco.	tremiscere vocem
ibid.	Præcipites metus acer agit.	metus acer agit
vir. 4. Aen.	Degeneres animos timor arguit.	
ibid.	Ne quidquam horremus, cæcique in nubibus ignes Terrificant animos.	horrere terrificare animos
Oui.1. Met.	Rex superum trepidare vetat.	trepidare
ibid.	Pertimuitq. sonos propriaq. exterrita voce est	pertimescere sonos exterritus voce
Ho. Epo.2.	—— neque horret iratum mare.	horrere mare
ibid.	—— quo maxima motu Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda Per gentes humilis strauit pauor.	tremere, & fugere pauor sternit corda
Se. in Thy.	Trepidant nostra pectora magno percussa metu.	trepidare & percuti metu
Ho.1 c.o.7.	—— nec virides metuunt colubros	metuere colubros
ibid o.23.	Quærenti pauidam montibus auijs Matrem, non sine vano Aurarum, & siluæ metu Nam seu mobilibus veris inhorruit Aduentus folijs, seu virides rubum Dimouere lacertæ	

tremere corde & geni-	Et corde,& genibus tremit.	
expauescere ensē (bus	—— nec muliebriter Expauit ensem.	ibid.o.37.
	—— nauita	Ho.2.c.o.13
perhorrescere	Bosphorum Pœnus perhorrescit, neq; vltra.	
timere fata	Cæca timet aliunde fata.	
mens metu trepidat	Euæ recenti mens trepidat metu.	ibid.o.19.
tremere apices regum	—— iratos trementi Regum apices,	Ho.3.c.o.21
pauor illum occupat	—— pauor occupat illum	Ou 2. Met.
timere gladium	Nocte iter ingressus gladiū,contūq; timebis,	Iuu.Sat.10.
trepidare ad vmbram	Et motæ ad lunā trepidabis arundinis vmbrā	
sanguis relinquit corp⁹	Effluere vndæ manibus,sanguisq; reliquit	Ou.3. Met.
tremor occupat artus	Corpus, & attonitus subitus tremor occupat artus.	
pauor rūpit somnū &	Olli somnū ingens rupit pauor,ossaq.& artus	vir. 7. Aen.
sudor ex timore	Perfudit toto proruptus corpore sudor.	
pauor haurit corda	—— exultantiaq. haurit Corda pauor pulsans	Vir.5. Aen.
	—— gelidus	vir.6. Aen.
tremor currit per ossa	Teucris per dura cucurrit Ossa tremor.	
trepidus formidine	—— subita trepidus formidine.	ibid.
tremor occupat artus	At iuueni oranti subitus tremor occupat artus	Vir.7. Æn.
oculi diriguere metu	Diriguere oculi.	
timens,& turbatus	—— Cacum videre timentem,	Vir.8. Æn.
	Turbatumq; oculis.	
tremere	Te stygij tremuere lacus.	ibid.
mussant dicere	—— sed dicere mussant.	vir.11.Aen.
tremor occupat artus	—— cur ante tubam tremor occupat artus	ibid.
mussare,& pectus mu-	—— mussat rex ipse Latinus.	vir.12.Aen
tum metu	Stat pecus omne metu mutum. mussantque iuuencæ	ibid.
pallens,trepidus,timēs	Atque ibi pallentem, trepidamque, & cuncta timentem.	Ou.6. Met.
comparat.cum agna &	Illa tremit velut agna pauens quæ saucia cani	ibid.
columba	Ore excussa lupi nondum sibi tuta videtur:	
	Vtque columba suo madefactis sanguine plumis	
horrescere domum	Horret adhuc,auidosq; timet quibus hæserat vngues.	
	—— domum Philomela nefandam	ibid.
expallescere ore	Horruit infelix, totoq; expalluit ore.	
perdere colorem & mē-	Ille diu pauidus pariter cum mente colorem,	Ou.3.Met.
tem & comæ rigēt ter-	Perdiderat, gelidoq; comæ terrore rigebant.	
rore	—— pauidus, gelidusq; trementi Corpore.	ibid.
pectus inane sanguinis	Sanguinis. atque animi pectus inane fuit	Ouid.ep.3.
metus concutit ossa	Hic mihi, væ miseræ, concutit ossa metus,	ibid.
tremor currit per ossa	Attoniti micuere sinus,gelidusq; cucurrit,	Ouid.ep.5.
pauor excutit membra	Vt mihi narrasti,dura per ossa tremor.	
& animus horret	En horret animus, & pauor membra excutit.	Se.in Med.

gelat

S ta.4.Theb.	—gelat ora pauor, gressusq; tremiscunt.	ora gelat pauor
Ou.epi.10.	Frigidior glacie semia nimisq; fui,	semianimis, & lingua
Oui.ep.11.	Torpuerat gelido lingua retenta metu.	torpet metu
Oui.ep.12.	Pertimui, nec adhuc tantum scelus esse putabā	pertimescere
	Sed tamen in toto pectore frigus erat.	
Se.in The.	—stupeo, & exsanguis tremo.	exāguis tremo, & stu-
Oui.ep.14.	Cor pauet admonitu temeratæ sanguine no-	cor pauet (peo
	ctis.	
	Et subitus dextræ præpedit ossa tremor.	tremor præpedit ossa
Oui.Ep.15.	Obstupuit, gelidusq; comas erexerat horror,	horror erexit comas
ibid.	Vt vidi, obstupui, præcordiaq; intima sensi	præcordia intonuere
	Attonitus curis intonuisse nouis	ferre timores corde
Catullus.	Quantos ille tulit languenti corde timores,	
	Quanto sæpe magis fulgore expalluit auri?	expallescere
Prop. lib.1.	Et tremulus mæstis orietur fletibus horror,	horror, & timor ducet
	Et timor informem ducet in ore notam	notam in ore
Au.sa ep.1.	Heu toto sanguis corpore nullus erat.	nō est sāguis ī corpore
Ou.epi.18.	Nescio quid pauidum frigore pectus habet	pectus pauidū frigore
Luc.1.Pha.	—tunc perculit horror.	horror perculit mēbra
	Mēbra ducis, riguere comæ, gressumq coercēs	comæ riguere
	Languor In extrema tenuit vestigia ripa.	diriguere metu
ibid.	Diriguere metu, gelidus pauor occupat artus.	pauor occupat artus
ibid.	Perculsum terrore pauet.	perculsus terrore
Luc.3.Pha.	—vrbem Attonitam terrore subit.	attonita vrbs terrore
Sil.Ita.l.2.	—licet formidine turpi	corda tremunt formidi
	Frigida corda tremant.	ne
Luc.2.Pha.	At non magnanimi perculsit pectora Bruti	terror perculsit pectora
	Terror, & in tanta pauidi formidine motus	tremere sub voce alicu
	Pars populi lugentis erat,	ius
Luc.5.Pha.	—tremuit sæua sub voce minantis	
	Vulgus iners.	
Luc.7.Pha.	—stat corde gelato Attonitus.	attonitus gelato corde
Ou.2.Met.	Sit timor, & pauida trepidet formidine pectus	pectus trepidat formi-
ibid.	Palluit, & subito genua intremuere timore.	dine (re
Lucr.lib.2.	Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cęcis	genua ītremuere timo
Luc.lib.5.	In tenebris metuunt.	trepidare, & metuere
	Præterea cui non animus formidine diuum	animus cōtrahitur for
	Contrahitur? cui non concrepūt mēbra timore	midine
	Non populi gentesq; tremunt? regesq; superbi	mēbra cōcrepūt timore
	Corripiunt diuum perculsi membra timore?	corripere mēbra timo-
Ou.5.Met.	Palluit, & subito sine sanguine frigida sedit	re
Sil.Ita.li.8.	Itq; timor totos gelido sudore per artus.	sine sanguine pallidus
Sil.Ital.l.9.	Ac mēbra, & sēsus gelidus stupefecerat horror	timor it per artus
Se.ī he.fur.	Gelidus per artus vadit exanguis tremor:	horror stupefecit sēsus
	Quod facinus aures pepulit? haud equidem	tremor vadit per artus
	Cū pace rupta bellicus muros fragor (horrui,	
	Circumsonaret, perculi intrepida omnia:)	

Tha-

horrere, & tremiscere	Thalamos tremisco.	
tremor quassat artus	Pauet animus, artus horridus quassat tremor	Se. in Troa.
tremor excussit quietē	Tandem quietem magnus excussit timor.	
tremor quatit ora	Quatit ora, & artus horridus nostros tremor	Sen. in Oct.
timor continet vocem	Pulsatq. pectus, continet vocem timor.	Sen. in Her.
tremor errat per artus	Vagus per artus errat excussos tremor,	Oet.
erectus crinis horret	Erectus horret crinis, impulsis adhuc	
terror stat animis	Stat terror animis, & cor attonitum salit.	
cor attonitum salit	Pauidumq; trepidis palpitat venis iecur.	
iecur palpitat venis	Extimui, sensiq metu riguisse capillos,	Oui. 1. Fast.
capilli riguere metu	Et gelidum subito frigore pectus erat.	
pectus gelidum metu	—— riguere comæ, atq; in viscere sæuus	Sta. 5. The.
comæ riguere	Horror.	
horror in viscere	Ecce metu subito Lachesis sic dura iubebat,	Sta. 2. The.
mentes impulsæ metu	Impulsæ mentes, excussaq. gaudia vulgi.	
	Vide, Admirari, & Terreri.	

DVBITARE, PRO AMBIGERE.

Vide, ambigere.

DVCES.

* Duces cruenti belligeri honorati, bellicosi, cruentati, præpotentes, sagaces, munifici, paludati, bellici elati.

DVCERE, ET DVCTOR.

deducere	In quascumq; velim pelago deducere terras.	vir. 2. Aen.
ducere ad mænia	—— lætusq ad mænia ducit.	vir. 3. Aen.
ducere manu	—— meq; ad tua lumina Phœbe	ibid.
Ou.1.Met.	Obruerat tumulos immenſa licentia ponti ,	ponti licentia
	Pulſabantq; noui montana cacumina fluctus	fluctus pulſant cacumi(na
ibid.	——ſpumoſis voluitur vndis .	vndæ ſpumoſæ
Hor.Ep.10.	Vt horridis vtrumq; verberes latus ,	verberare fluctib. horridis
	Auſter memento fluctibus.	
vir. Eclo.5.	Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora .	littora percuſſa fluctu
Ho.2.c.o.5.	——vbi Maura ſemper æſtuat vnda .	vnda æſtuat
Ou.9. Met.	Haud ſecus ac moles quam magno murmure fluctus	fluct⁹ oppugnat molẽ
	Oppugnant.	
Ou. 1 Triſ.	Me miſerũ quãti montes voluũtur aquarum,	montes aquarũ.i. vndæ
	Iamiam tacturos ſidera ſumma putes .	
	Quantæ deducto ſubſidunt æquore valles,	
	Iamiam tacturas tartara nigra putes.	
	Ne leuius laterum tabulæ feriuntur ab vndis	
	Quam graue baliſtæ mœnia pulſat onus.	
vir. 5. Æn.	Eſt procul in pelago ſaxum ſpumantia contra	
	Littora,quod tumidis ſubmerſum tunditur olim	tundi fluctib. tumidis

	Fluctibus.	
gurges vasta voragine	——Vastaque voragine gurges	vir.6 Aen.
æstuat & eructat arenã	Æstuat,atq; omnem Cocyto eructat arenam	
fluctus albescit ponto	Fluctus vti primo cæpit cum albescere vento,	vir.7. Aen.
	Paulatim sese tollit mare,& altius vndas	
	Erigit,inde imo consurgit ad æthera fundo,	ibid.
	Vt pelagi rupes, magno veniente fragore	
vndis circum latrantib.	Quæ sese,multis circumlatrantibus vndis ,	
	Mole tenet scopuli nequicquam , & spumea circum	
saxa spumea fremunt	Saxa fremunt .	vir.11.Aen.
	Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus	
vnda superiacit scopulos perfunditq; arenã	Nunc ruit ad terras , scopulosque superiacit vndam,	
sinu	Spumeus,extremamq. sinu perfundit arenam:	
	Nunc rapidus retro , atque æstu reuoluta resorbens	
	Saxa fugit, littusq; vado labente relinquit.	
littus tunditur vnda	Littus v t longe resonante CoaTunditur vnda	Catullus.
	Naufraga quam vasti tunderet vnda maris	Tib. lib.2.
consurgere fluctu	Vel si sublimis fluctu consurgeret imo,	Tib.lib.4.
	Vel si interrupto nudaret gurgite pontum .	
	Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus	Prop.lib.3.
põtus minans fluctib.	Et fluctibus minantem Curat spernere põtũ .	Boet.lib. 2.
	Nemo miratur flamina Cori	Boet. lib.4.
tundere fluctu fremẽti	Litus frementi tundere fluctu .	
fluctus immodici	Fluctibus immodicis	Oui. ep.17.
æquora canent	Adamanthidos æquora canent,	
litora planguntur fluctu	Vixq; manet portu tuta carina suo .	
	——quando planguntur littora fluctu.	Oui.Ep.18.
	——alternis vicibus cum funditur ingens	Luc.1.Pha.
	Oceanus,vel cum refugis se fluctibus aufert	
	Ventus,ab extremo pelagus sic axe volutet,	
	Destituatq; ferens an sidere mota secundo	
	Tethyos vnda vagæ lunaribus æstuet horis,	
	Flãmiger an Titam, vt alentes hauriat vndas,	
	Erigat oceanum,fluctusq; ad sidera tollat.	Luc.3.Pha.
obruere tellurẽ vndis	Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis,	
	Aut scidit,& medias fecit sibi littora terras	ibid.
vis pelagi	Vis illic ingens pelagi, semperq; laborant	
	Aequora,ne rupti repetant confinia montes:	
	Vt quoties æstus Zephyris, Eurisque repugnat,	
	Huc abeunt fluctus,illuc mare.	
	——quis te tam lenè fluentem	Lu.10. Ph.
iræ violenti gurgitis	Moturum totas violenti gurgitis iras,	

Nile

	Nile putet?ſed cum lapſus abrupta viarum	abrupta viarum & pręcipites cataractæ
	Excepere tuos,& præcipites cataractæ,	
	Ac nuſquam vetitis vllas obſiſtere cautes,	laceſſere aſtra ſpuma
	Indignaris aquis,ſpuma tunc aſtra laceſſis,	
	Cũcta tremũt vndis ac multo murmure mõtis	
	Spumeus inuictis caneſcit fluctibus amnis	amnis caneſcit fluctib.
Lucr.lib.3.	——ſpumans vt in æquore ſalſo	
	Ventorum validis ferueſcit viribus vnda.	vnda ferueſcit in æquore
Sil.Ita.li.1.	Qualis vbi Aegeo ſurgente ad ſidera ponto,	
	Per longum vaſto Cori cum murmure fluctus	fluctus portat mare
	Suſpensũ in terras portãt mare, frigida nautis	
	Corda tremunt,ſonat ille procul,flatuque tumiſcens	
	Curuatis pauidas tranſmittit Cycladas vndis	oceanus ferit littus &
Sil.Ita.li.5.	Ceu pater oceanus cum ſæuior æthere, Calpẽ	ingerit pelagus latrantibus vndis
	Herculeam ferit, & exeſa in viſcera montis	
	Contortum pelagus latrantibus ingerit vndis:	
	Dant gemitum ſcopuli,fractaſque in rupibus vndas	
	Audit Parteſſos latis diſtermina terris.	
Mant.	——arenoſi ſaliunt ad littora fluctus.	fluctus arenoſi ſaliunt
	Vide,Venti,& Tempeſtas.	
	FLVENTVM.	
	* Fluentum raucum, cetoſum, procelloſum, blandum,tenue,trepidans,vndiuagum,madidum,amænum,glaucum,ſinuoſum.	
	FLVERE.	
vir 2.Geor.	Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.	flumina labentia
ibid.	——quod ſupra,quodq; alluit infra	alluere
ibid.	——ſummis liquantur rupibus amnes.	amnes liquantur
ibid.	——dulceſq; a fontibus vndæ	vndæ dulces
	Ad plenum calcãtur, aqua eluctabitur omnis	
ibid.	Scilicet & grandes ibunt per vimina guttę.	guttæ eunt per vimina
	Inter enim labentur aquæ, tenuiſque ſubibit Halitus,	aquæ interlabuntur
vir.3.Geor.	——tardis ingens vbi flexibus errat Mincius	errare flexibus
ibid.	Turbidus, & torquens flauentes Iſter arenas.	iſter torquens arenas
ibid.	——dum amnes vlli rumpuntur fontibus.	amnes rũpũtur fontib.
ibid.	——non qui per ſaxa voluitus	amnis volutus p ſaxa
	Prior electro campum petit amnis.	flumina exercita curſu
ibid.	——atque exercita curſu Flumina.	
Vir.4.Geo.	——& tenuis fugiens per gramina riuus.	riuꝰ fugiẽs p gramina
ibid.	——ſeu profluet humor.	humor profluit
ibid.	——Irriguumq; bibant violaria fontem	fontes irrigui
ibid.	Qua niger humectat flauentia culta Galeſus	humectat culta Galesꝰ
ibid.	Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.	Nilus ſtagnãs flumine

	Sic in gramine floreo recliuis,	Mar. lib.9.
	Qua gemmantibus hinc,& inde riuis,	
	Curua calculus excitatur vnda.	
amnis labitur per scopulos	Et nunc per scopulos nunc campos labitur amnis.	Man. lib.4.
descriptio nili ostrorũ	Et viridem Aegyptum nigra fœcundat arena	vir.4.Geor.
	Et diuersa ruens septem discurrit in ora.	
amnis deuexus ibat	Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis	ibid.
	Ibat,& ingenti motu stupefactus aquarum.	
	Omnia sub magna labentia flumina terra	
	Spectabat diuersa locis, Phasimq. Lycumque,	
erumpere	Et caput vnde altus primum se erumpit Enipeus.	
	Vnde pater Tiberinus & vnde Aniena fluẽta.	
	Saxosumq. sonans Hypanis, Mysusq. Caicus,	
	Et gemina auratus taurino cornua vultu	
	Eridanus: quo non alius per pinguia culta	
amnis influit in mare	In mare purpureũ violentior influit amnis.	
de Timauo flumine	Vnde per ora nouẽ vasto cũ murmure mõtis	vir.1. Aen.
	It mare præruptum,& pelago premit arua sonanti.	
currere in freta	In freta dum fluuij current.	ibid.
sternere agros flumine	—aut rapidus montano flumine torrens	vir.2. Aen.
	Sternit agros, sternit sata læta boumq. labores	
	Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis	ibid.
	Exijt, oppositasq. euicit gurgite moles	
ferri in arua	Fertur in arua furens cumulo, camposque per omnes.	
	Cum stabulis armenta trahit.	
	—vbi Lydius arua	ibid.
fluere leni agmine	Inter opima virum leni fluit agmine Tybris.	
	—aruaque,& vrbes	vir.4. Aen.
interluere	Littore deductas angusto interluit æstu.	
amnes ruunt de montibus	—ruunt de montibus amnes.	vir.4. Aen.
	—quæ totum Nereus circumsonat orbem.	Ou.1.Met.
labi sub terras	—per flumina iuro	ibid.
	Infera sub terras stygiæ labentia luco.	
volui in æquora	Et defrenato voluuntur in æquora cursu.	ibid.
patefacere vias aquarũ	—motuq. vias patefecit aquarum.	ibid.
flumina expatiata ruunt	Expatiata ruunt per apertos flumina campos	ibid.
	Moxq amnes alij, qui quà tulit impetus illos	
deducere ĩ mare vndas	In mare deducunt fessas erroribus vndas.	
labi	Labuntur altis interim ripis aquæ.	Ho.Epo. 2.
	Fontesq lymphis obstrepunt manantibus,	ibid.
	Padus Marina lauerit cacumina.	Hor. Ep.16
	—montibus altis	ibid.
lympha desilit mõtib.	Leuis crepante lympha desilit pede,	

vir.2. Geo.	Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam	
	Elicit illa cadens raucum per leuia murmur	
	Saxa ciet,ſcatebriſq.arentia temperat arua.	inundationes fluuiorū
ibid.	Præſertim incertis,ſi menſibus amnis abūdās	
	Exit,obducto latè tenet omnia limo .	
	Vnda cauæ tepido ſudant humore lacunæ ?	
ibid.	Et paſſim riuis currentia vina repreſſit .	
ibid.	Proluit,inſano contorquens vortice ſiluas	proluere
	Fluuiorū rex Eridanus , compoſq.per omnes	
vir.Eclo.5.	Cum ſtabulis armenta tulit .	
	——nec quæ	
Ho.1.c.o.2.	Saxoſas inter decurrunt flumina valles.	decurrunt inter valles
	Vidimus flauum Tyberim retortis	ire retortis vndis.i. curſum reflectere
	Littore Hetruſco violenter vndis	
ibid.	Ire deiectum monimenta regis .	amnis labitur
	——vagus & ſiniſtra	
ibid.o.12.	Labitur ripa Ioue non probante Vxorius am-	
	Arte materna rapidos morantem (nis	
ibid.	Fluminum lapſus .	lapſus fluminum
ibid.o.22.	Defluit ſaxis agitatus humor .	
ibid.o.29.	——vel q̄ loca fabuloſus Lambit Hydaſpes .	Hydaſpes lambit loca
	——quis neget arduis	
	Pronos relabi poſſe riuos	riui relabuntur
ibid.o.31.	Montibus,& Tyberim reuerti .	tyberis reuertitur
	Non rura quæ Lyris quieta	
Ho.2.c.o.3.	Mordet aqua , taciturnus amnis ,	
	——quo obliquo laborat	lympha riuo obliquo fugax
ibid.	Lympha fugax trepidare riuo.	
Ho.3 c.o.3.	Villaq flauus quam Tiberis lauit .	lauare villam
ibid.o 4.	Qua tumidus rigat arua Nilus .	Nilus rigat arua
Ou.1. Met.	Errare per lucos,amenæ .	errat per lucos
	Quos & aquæ ſubeunt & auræ .	
	Fluminaq.obliquis cinxit decliuia ripis .	
	Quæ diuerſa locis partim ſorbentur ab ipſa ,	
	In mare perueniunt partim,campoq receptæ	peruenire in mare
Oui.i Ibin.	Liberioris aquæ pro ripis littora pulſant	
	Quiq.per infernas horrendo murmure valles	labi murmure per valles
ibid.	Imperiuratæ laberis amnis aquæ	
Ou.12.Me.	Qua caua de ſtygis fluxerat vnda vadis .	vnda fluit de vadis
Ou.9. Met.	Vel cū purpureus populari cæde Caycus Flu-	
	——dominum me cernis aquarum (xit .	
vir.6. Aen.	Curſibus obliquis inter tua regna fluentem .	fluere curſib. obliquis
vir.7.Aen.	Cocytuſq.ſinu labens circumfluit atro .	circumfluit ſinu
	——hunc inter fluuio Tiberinus ameno ,	
	Vorticibus rapidis & multa flauus arena,	
vir.12.Aen.	In mare prorumpit :	prorumpere in mare
	Aut ubi decurſu rapido de montibus altis	

amnes spumosi currūt	Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora	
	Quisq; suum populatus iter. (currunt	
amnis decurrēs monte	Monte decurrens velut amnis, imbres	Ho.4.co.2.
	Quem super notas aluere ripas.	
perfluere	Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt.	ibid.o.3.
	Quæ rapidus flammis ambit torrētib. amnis	vir. 6.Aen.
	Tartareus Phlegeton, torquetq; sonātia saxa.	
	——vnde supernè	ibid.
amnis voluitur	Plurimus Eridani per siluam voluitur amnis.	
prænatare domos	Lethæumque domos placidas qui prænatat, amnem.	ibid.
	——quæ maxima sacro	vir. 7.Aen.
	Fonte sonat, sæuumque exhalat opaca Mephitin.	
	——medioque fragosus	ibid.
torrens dat sonitum	Dat sonitum saxis, & toto vertice torrens.	
interluit	Quosq; secās infaustū interluit Allia nomen:	ibid.
fluctus voluuntur	Quā multi Libyco voluūtur marmore fluctus	
	Qua Saturæ iacet atra palus gelidusque per imas	ibid.
condi in mare	Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens.	
	Vitreo campos subiens Mosella	Auctor.
	Fonte natales erit? à lupane	
	Tybris altorum celebrata lambens Mœnia fratrum?	
	Cristallo lapidem leniter aureum	Idem.
	Voluentes fluuij limpidioribus	
	Subterlabimini mœnia riuulis.	
	Clausi frigoribus fonticuli sata	
	Irrorate meo nectare.	
	——qua saxa rorantia latè	vir.10.Aen.
	Intulerat torrens, arbustaq; diruta ripis	
	Vbi Meander, super æquales	Sen. ī Hip.
labi super agros	Labitur agros piger, & sterileis	
radere arenas	Amne maligno radit arenas.	
petere æquor ripis	Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor	Ou.6.Met.
	Marsia nomen habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.	
	Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,	Oui.3. Me.
decurrere strepitu modico	Lenius & modico strepitu decurrere vidi:	
	At quæcumque trabes, obstructaque saxa tenebant	
	Spumeus, & feruens, & ab obice sæuior ibat.	
versa recurrit aqua	Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.	
versæ recurrūt lymphę	Xanthe retro propera, versæque recurrite lymphæ.	Oui.ep.5.

Lym.

Catullus.	Lympha quos ſimul irrigat Frigerãs Aganippe	
Idem.	Cum Phrygij Teucro manabũt ſanguine riui.	manare ſanguine
Idem.	Pallidulum manans alluit vnda pedem.	vnda alluit pedem
Tib. lib. 4.	Nobilis Artacię gelidos quos irrigat vnda.	vnda irrigat
ibid.	Curua nec aſſetos egerunt flumina curſus	flumina egerũt curſus
ibid.	Et nulla incępto perlabitur vnda liquore.	vnda perlabitur
Prop. lib. 1.	Multa prius vaſto labentur flumina ponto.	flumina labuntur põto
Prop. lib. 2.	Fluminaq. ad caput ĩcipient reuocare liquores	reuocare liquores ad caput
Prop. lib. 3.	Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.	
Boet. lib. 1.	Quique vagatur	cadit in laens lympha
	Montibus altis	
	Defluus amnis.	amnis defluus
Luc. 4. Pha.	Qua maris Hadriaci longas ferit vnda Salonas.	vnda ferit littora
Sil. Ita. li. 9.	——ſinuat qua flexibus vndam	ſinuare vndam
	Aufidus, & curuo circum errat gurgite ripas.	circum errare gurgite
Oui. 1. Faſt.	Ipſe ſolum colui, cuius placidiſſima læuum	
	Radit arenoſi Tybridis vnda latus.	vnda radit terram
Claud.	Quod ſuperat, fluuius deuexa rupe volutus	fluuius deuexa rupe
	Egerit, & campi dorſa recurua petit.	
Idem.	Actius interitu rauci cum murmure ſaxi	
	Spumeus e liſo pellitur amne vapor.	
Oui. 1. đ rẽ.	Aſpice labentes iucundo murmure riuos	riui labẽtes murmure
Hor. 1. đ ar. poet.	Vt properantis aquæ per amœnos ambitus agros	ambitus aquæ properantis
	Nõ habeāt amnes decliuem ad litora curſum	habere curſum decliuẽ
Luc. 4. Pha.	Sed pelagi referentur aquis, concuſſaq. tellus	laxare iter fluuijs
	Laxet iter fluuijs.	
Luc. 6. Pha.	——amniſq; cucurrit, Non qua pronus erat.	amnis currit
Oui. 2. Me.	Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens	labi cum murmure
Lucr. lib. 1.	Ibat, & attritas verſabat riuus arenas.	
	Ac cum mollis aquæ fertur natura repente	
	Flumine abundāti, quos largis imbrib. auget	decurſus aquæ ex alto
	Montibus ex altis, magnus decurſus aquai,	
	Fragmina conijciens ſiluarum, arbuſtaq; tota	
	Nec validi poſſunt pontes venientis aquai.	
	Vim ſubitã tolerare, ita magno turbid⁹ imbri	
	Molibus incurrens validis cum viribus amnis	
	Dat ſonitu magno ſtragem, voluitq; ſub vndis	
	Grandia ſaxa, ruit, qua quidquid fluctibus obſtat	
Lucr. lib. 3.	——quibus exibant humore fluenta	
	Lubrica proluuie lauere humida ſaxa,	
	Humida ſaxa ſuper viridi ſtillantia muſco,	
	Et partim plano ſcatere, atq; erumpere cãpo	
Sil. Ita. li. 3.	Aggeribus caput Alpinis, & rupe niuali	

Proſi-

	Proſilit in Celtas,ingentemq; extrahit amnẽ	
proſcindere campos gurgite	Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,	
	Ad propere in pontum lato ruit incitus alueo	
deſcendere	Haud procul hinc paruo deſcendens fronte Numicus.	Sil.Ita.li.8.
labi & volui	Labitur, & leni per valles voluitur amne,	
	——& quæ T.iaſij.	Sen.in Hip.
currere	Vallibus amnis rapida currens Verberat vnda	
	Vide,Fluuius,Verrere,Lauare.	

FLVMEN.

* Flumen frigidum,torrens, curuum,herboſum,labens, vagum,gelidum, latebroſum, liqueus,ſonorum,rapidum,validum,decliue,limoſum,circumfuſum, turbidum, ſpumans,ſpumeum,ductile,arduum ripis,properaus,ſinuoſum,vitreum,viridãs,nebuloſum,vdum,humidum,nitidum,rigens,pellucidum,violentum,vndans,currens, amænum,glaucum, tumens, putum, liquidum, præceps,deflexum,præceps, exundans, lubricum.

FLVVIVS.

* Fluuius rapax,minax,liqueus, tumens,gelidus,humeus,trux,minans, citatus, algeus, turreus, vorax, nitidus, nitens, vndans,furens, ſpumans, corniger, & alia in margine.

FLVVIVS, ET FLVVIORVM NOMINA.

fluuis furens	——fluuiumq; arcere furentem.	Mant.
Ganges, Hermus	Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus	vir.2.Geor.
amnes rigui	——& rigui placeant in vallibus amnes.	ibid.
flumina plena	——& plena ſecundum flumina,	vir.3.Geor.
flumina lata	——trans flumina lata.	ibid.
riui poti	——potis gauderent intyba riuis.	vir.4.Geo.
flumina curua	——curua legunt prope flumina,	ibid.
Simoentis falſus	——falſi Simoentis ad vndam.	vir.3.Geor.
Xanthus arens	——& arentem Xanthi cognomine riuum.	ibid.
flumen ſecretum	——ſecreti ad fluminis vndam.	Ibid.
Xanthus	——hibernam Lyciam, Xantiq; fluenta.	Vir 4.Aen.
ſtagnare paludibus	——liquidis ſtagnare paludibus orbem.	Ou 1.Met.
flumina vaga	——qui vaga flumina mitto	ibid.
Lado arenoſus	Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem	ibid.
	Venerat, hic illam curſum impediẽ. ib. vndis.	
inducere fluuium ſatis	Deinde ſatis fluuiũ inducit, riuoſq; ſequẽtes.	vir.1.Geor.
fluuius latus	——latum funda iam verberat amnem.	ibid.

ceu,

vir.11.Aen.	——ceu,ſaxa morantur	
	Cū rapidos amnes,clauſo fit gurgite murmur	amnes rapidi
	Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus vndis.	fontes ſacri
vir. Eclo.1.	——hic inter flumina nota,	flumina
	Et fontes ſacros frigus captabis opacum.	
vir. Eclo.3.	——nec quę Saxoſas inter decurrunt flumina valles	
Ho.3.c.o.7.		
	Et præceps Anio,& Tiburti lucus,& vnda	Anio præceps
ibid.o.29.	Mobilibus pomaria riuis.	riui mobiles
ibid.o.31.	——pronos relabi poſſe riuos.	riui proni
	Non rura quæ Lyris quieta	amnis taciturnus
ibid.o.34.	Mordet aqua taciturnus amnis.	
Ho.1.c.o.5.	——& vaga flumina.	flumina vaga
Oui.1.Met.	——fluuij grauem ſonantis æſtum.	fluuius ſonans
	Addidit & fontes,& ſtagna immēſa lacuſq;	
ibid.	Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.	
Ou.5. Met.	Flumina iam lactis iā flumina nectaris ibāt.	flumina lactis
	Inuenio ſine vertice aquas, ſine murmure euntes	aquæ ſine vertice & ſine murmure
	Perſpicuus ad humum, per quas numerabilis alte	
	Calculus omnis erat,quas tu vix ire putares:	
	Cana ſalictá dabant,nutritaq; populus vnda,	
	Sponte ſua naias ripis decliuibus vmbras,	ripæ decliues
Oui.9.Me.	——Calydonius amnis	amnis Caledonius
	Cæpit inornatos redimitus arundine crines.	
vir.7. Aen.	——vitrea te Fucinus vnda,	vnda vitrea Fucini
	Te liquidi fleuere lacus.	
Auctor.	——tumidive ſeptem Oſtia Nili.	oſtia Nili tumidi
vir. 9.Aen.	In fluuium dedit:ille ſuo cum gurgite flauo	flauus gurges
	Accepit veniētem: & mollibus extulit vndis.	
Ou.3.Triſt.	——vt in mare flumina vaſtum,	
	Sic ſolet exiguæ currere riuus aquæ.	riuus exiguæ aquæ
Catullus.	Amniumque ſonantium.	amnes ſonantes
Idem.	Qualis in aerij pellucens vertice montis	
	Riuus muſcoſo proſilit è lapide:	riuus e lapide viſcoſo
	Qui cum de prona præceps eſt valle volutus	
	Per medium denſi tranſit iter populi:	
	Dulce viatori laſſo in ſudore leuamen,	
	Cum grauis æſtiuos æſtus hiulcat agros.	
Ou.3. Faſt.	Defluit incerto lapidoſus murmure riuus.	riuus lapidoſus defluit
Tib.lib.1.	Ad riuos prætereuntis aquæ.	
ibid.	Teſtis Arar,Rhodanuſque celer, magnuſque Garumna,	Arar,Rhodanus
	Carnuti & flaui,cærula Lympha Liger:	Garumna Carnutus,Liger
	At te Cyde canam tacitis qui leniter vndis	
	Cæruleus placidis per vada ſerpis aquis.	Cydus cum placidis vndis
	Qualis	

Nilus fertilis	Qualis & arentes cum findit Sirius agros	ibid.
	Fertilis æstiua Nilus abundat aqua ,	
	—— & amœna fluenta	Auſ. i Moſ.
moſella	Subterlabentis tacito rumore Moſellæ ,	
Tyberis	Quaſque albana ſacras Tyberis per flumina ſortes .	Tib.lib.2.
	Portarit ſicco perlueritq; ſinu .	
Nilus diaſpes	Necqua vel Nilus,vel regia lympha Diaſpes	Tib.lib.4.
Gindes,Caryſtus	Profluit,aut rapidus Cyri dementia Gindes ,	
	Cretæis ardens,aut vnda Caryſtia campis .	
Padæus.Hebrus,	Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus ,	ibid.
Tanais,Pactolus	Quaque Hebrus,Tanaiſque Getas rigat,atque Moſinos.	
	At tu ſeu mollis qua tendit Ionia, ſeu qua	Prop. lib.2.
	Lydia Pactoli tingit aratra liquor.	
	—— abiectus Tyberina molliter vnda ,	ibid.
	Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco	Prop. lib.2.
	Integit,& niueos abluit vnda boues .	
flumina fuſa iugis	Nec vaga muſcoſis flumina fuſa iugis.	ibid.
Tagus aureis arenis	Non quidquid Tagus aureis arenis	ibid.
Hermus rutilante ripa	Donat,aut Hermus rutilante ripa .	
	Hic ſiccant bibulas manu lacunas ,	Statius.
fluuij minores	Et longè fluuios agunt minores .	
Cinythius tacente ripa	Qualis Cinyphius tacente ripa	Idem.
	Pœnos Bagrada ſerpit inter agros .	
	Sed talis ferat,vt nitente curſu	
	Tranquillum mare,proximamq; poſſim	
puro gurgite	Puro gurgite prouocare Lyrim .	
lacus albentes	Albenteſq; lacus,altoſq; in gurgite fontes	Idem.
fontes alti	—— & flauis Hermus tranſcurrere ripis ,	Idem.
Hermus flauis ripis	Et limo ſplendente Tagus	
Tagus ſplēdente limo	Flumina magna vides paruis de fontibus orta ,	Oui.1.đ rē.
	Plurima collectis multiplicantur aquis .	
	Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire , .	Ou.2. đ rē.
	Sed tamē hæc breuis eſt,illa perennis aqua	
amnis pellucidior vitro	Eſt nitidus,vitroque magis perlucidus annis,	Oui.ep.21.
	Fons ſacer	
	Fonte cadit modico,paruiſq; impellitur vndis	Luc.1.Pha.
puniceus Rubicon	Puniceus Rubicon,cū feruida canduit æſtas ,	
	Perq; imas ſerpit valles & Gallica certus	
	Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis .	
Iſaræ vnda	Hi vada liquerunt Iſaræ , qui gurgite ductus	ibid.
	Per tam multa ſuo , famæ maioris in amnem	
	Lapſus,ad æquoreas nomē nō pertulit vndas.	
Cinga, Rhodanus,	—— qua Cinga pererrat	ibid.
	Gurgite,qua Rhodanus raptū velocibus vndis	

In

ibid.	In mare fert Ararim.	Arar,
Luc.2.Pha.	——qua Nar Tiberino illabitur amni.	Nar, Tyberis
	Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Pisę,	
	Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon:	
	Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,	
	Flumineq; in gemino spargit diuortia ponti:	
	In læuum cecidere latus, veloxq; Metaurus,	metaurus, Crustumiū
	Crustumiumq; rapax, & iunctus Sapis Isauro,	sapis, Isaurus,
	Sennaque, & Hadriacas quæ verberat Aufidus vndas,	Senna, Aufidus
	Quoq; magis nullum tellus se soluit in amnē	
	Eridanus, fractas deuoluit in æquora siluas,	Eridanus
	Hesperiāq; exhauritaquis, hūc fabula primū	
	Populea fluuium ripas vmbrasse corona,	
ibid.	Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis	
	Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas:	Nilus,
	Non minor hic Istro, nisi quod dum permeat orbem	Ister
	Ister, casuros in quælibet æquora fontes	
	Accipit, & Scythicas exit non solus in vndas:	
	Dexteriora petens montis decliuia Tybrim	Tybris
	Vnda facit, Rutubamq; cauum delabitur inde	
	Vulturnusq; celer, nocturnæq; editor auræ	Vulturnus, Sarnus,
	Sarnus, & vmbrosæ Lyris per regna Maricę	Lyris, Siler,
	Festiuis impulsus aquis, radensq; Salerni	
	Culta Siler, nullasq; vado qui Macra moratus	Macra,
	Alnos, vicinæ percurrit in æquora Lunæ.	
Luc.3.Pha.	Qua celer, & rectis descendens Marsya ripis	Marsya
	Errantem Mæandron adit, mistusq; refertur,	Mæander, Pactolus
	Passaque ab auriferis tellus exire metallis	
	Pactolon: qua culta secat non vilior Hermus.	Hermus, Ganges,
ibid.	Qua colitur Ganges, toto qui solus in orbe	
	Ostia nascenti contraria soluere Phœbo	
	Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurū.	
ibid.	At Tigrum subito tellus absorbet hiatu,	Tigrus
	Occultosq; regit cursus, rursusq; renatum	
	Fonte nouo flumen pelagi nō abnegat vndis.	
Luc.5.Pha.	——veluti si cuncta minentur	
	Flumina, quos miscens pelago, subducere fontes.	
Sil.Ita.li.8.	Hos Athesis Sagisq; lauant, rapidasq; sonanti	Athesis, Sagis,
	Vertice contorquēs vndas per saxa Metaurus,	Metaurus,
	Et lauat, ingentem per fundens flumine sacro	
	Clitumnus Taurū, Narq; albescentibus vndis	Clitumnus, Nar
	In Tyberim ꝓperās, Tiniæq. inglorius humor,	Tiniæ ingloria
	Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Senæ:	Clanis, Rubico, Sena

Sed

	Sed pater ingenti medios illabitur amnes	
albula pater	Albula & immota perstringit mœnia ripa.	
	Vade ait ad magnis vicinum Sardibus amnē,	Ou.7. Met.
	Petq; iugum ripæ labentibus obuius vndis	
	Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus,	
	Spumigeroq; tuum fonti, qua plurimus exit,	
	Subde caput, corpusq. simul, simul elue crimē.	
	In fluuios partim gelidos ardentia morbo	Lucr.lib.6.
	Membra dabant.	
	Vide Fluere.	
	FLVXVS.	
	* Fluxus copiosus, fluens,	
	FOCVS.	
	* Focus calens, calidus, tepidus, fumosus, ardens, odoratus, accensus, torricremus, sacrificus, vaporifer, stridens, feruens, igniuomus, fumificus.	
	FODERE FOSSA.	
fossa circūdare agmina	In noctem subita circumdedit agmina fossa.	Lucr.lib.4.
concidere mōtes scrobibus	——& magnos scrobibus concidere montes:	virg.2.Geo.
	Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,	ibid.
infodere	Quam lætum infodias vitis genus.	
fossor mouens iugera	Et labe facta mouens robustus iugera fossor,	ibid.
infodere conchas	——aut squalentes infode conchas.	ibid.
fodere humum	Primus humum fodito.	ibid.
aurum defossum	——defossoq; incubat auro.	ibid.
infodere vnguibus	Vnguibus infodiunt fruges.	vir.3.Aen.
latebræ effossæ	Sæpe etiam effossis, si vera est fama, latebris	ibid.
fodere sub terra	Sub terra fodere larem.	
effodere portus	Hic portus alij effodiunt.	vir.1.Aen.
recludere tellure	——veteres tellure recludit Thesauros.	ibid.
repletæ scrobes	—— & scrobibus superabit terra repletis.	ibid.
lacunæ cauæ	Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.	vir.1.Geor.
	——sæpe exiguus mus	ibid.
ponere domos sub terris	Sub terris posuitq. domos, atque horrea fecit,	
fodere cubilia	Aut oculis capti fodere cubilia talpæ,	
inuentus cauis bufo	Inuentusq; cauis bufo.	
fossæ cingebāt oppida	Nondum præcipites cingebant opida fossę.	Ou.1.Met.
ire in viscera terræ	——sed itum est in viscera terræ,	ibid.
recondere	Quasque recondiderat Stygijsque admouerat vmbris	
effodiuntur opes	Effodiuntur opes, irritamenta malorum.	
	Nec procul hinc multo fructum sudore parantes,	Ou.12.Met.
fodere arua	Dura lacertosi fodiebant arua coloni.	
	——barathrum	Catullus.
foderebarathrū emōte	Quod quondam cęsi montis fodissē medullis.	

Et

Idem. Et qui principio sub terra quærere venas
Instituit, ac ferri frangere duritiem. — Qrere venas sub terra fodere aurum, sed lege cætera ex ipso Boet.

Boet.lib.2. Auri qui pondera tecti,
Pretiosa pericula fodit.

Statius. —— & alto Egressu penitus cauare terras, — cauare terras
Mox haustas aliter replere fossas. — replere fossas haustas

Idem. ——aut cæco foueæ deceptus hiatu. — foueæ hiatus

Oui.de nu. Duram iam renouat non mihi fossor humum.

Luc.1.Pha. ——& antiquos Curiorum passa ligones. — pati ligones

Luc.4.Pha. Iamq. inopes vndæ primum tellure refossa — tellure refossa
Occultos latices abstrusaq; flumina quærunt
Nec solum rastris, durisq; ligonibus arua, — fodere arua ligonibus
Sed gladijs fodere suis puteusq; cauati

Cla.in Cos. Montis ad irrigui premitur fastigia campi.

Manil. Quidquid luce procul venas rimata sequaceis — rimari venas

Sabellicus. Abdita, pallentis fodit solertia Bessi, — fodere
Appendice parat, fossaq; ambire profunda.

F Æ D V S.

* Fœdus sociale, iugale, concors, socium, amicum, dulce, amicum, stabile, compositum, coniuratum.

F OE D V S, Vide Pax.

FOE L I X, Vide Felix.

F AE M I N A.

* Fæmina tenera, candida, culta, læta, imbellis, callida, luculenta, bella, dux malorum, scelerata, impudica, mollis, festiua, fallax, iniqua labilis mobilis, prodiga, largiloqua, insidiosa.

F AE N E R A T O R.

* Fænerator auidus, lucripera.

F AE N V M.

* Fænum pratense, autumnale, molle, asperū, rigidum, vile, herbosum.

F AE N V S.

* Fænus auidum, cumulatum, occultum, copiosum, fæcundum.

F AE T O R.

* Fætor hircinus, pestifer.

F O L I V M.

* Folium mobile, caducum, agreste, glaucum, vernum, opacum, rosidum, odoratum, leue, comans, virens, flexile, tremulum, tenellum.

F O L L E S.

* Folles taurini, trementes, ventosi, caui, æolij.

FONS.

* Fons liquidus, muſcoſus, gelidus, irriguus, mundus, nautanus, largus, putealis, amoenus, frigidus, dulcis, riuus, pellucidus, illimis, fœcundus, conſpicuus, paſcoſus, purus, algidus, leue, fluens, cæruleus, vitreus, præceps, lucidus, limpidus, riguus, ſonans, & alia in margine.

FONS, ET FONTIS DESCRIPTIO.

fontes montani	Et iam montanis veniunt qui ex fontibus amnes.	Mant.
	Eſt prope purpureos colleis floričtis Hymetti	Ou.3.đ ar.
fons facer	Fons ſacer, & viridi ceſpite mollis humus:	
	Silua nemus non alta facit, tegit arbutus herbam	
	Roſmaris, & laurus, nigraq. myrthus olent.	
	Nec denſum folijs buxum fragileſq; myricę.	
	Nec tenues cythiſi cultaq; pinus abeſt.	
	Lenibus impulſæ Zephyris, auraq; ſalubri,	
	Tot generũ frōdes, herbaq; ſumma tremit,	
amnis vitro pellucidior	Eſt nitidus vitroq; magis pellucidus amnis,	Oui.Ep.21.
fons ſacer	Fons ſacer hūc multi numen habere putāt:	quę Sappho
	Quem ſupra ramos extendit aquatica Lotos	dicitur.
	Vna nemus, tenero ceſpite terra viret.	
	——denſa niger ilice lucus,	Ou.2. Faſt.
fons aquæ gelidæ	In medio gelidæ fons erat altus aquæ.	
	Fons etiam, riuo dare nomen idoneus, vt nec	Statius.
fons frigidus ac purus	Frigidior Thracā, nec purior ambiat Hebrus,	
fons largus	Infirmo capiti fluit vtilis, vtilis aluo. ;	
	——ſiue fons largos citas.	Se. in Hip.
	Diffundit vndas, ſiue per flores nouos	
	Fugiente dulcis murmurat riuo ſonus.	
fontes liquidi	At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco	vir.4.Geor.
	Adſint, & tenuis fugiens per gramina riuus.	
fons irriguus	Irriguumq; bibant violaria fontem	ibid.
dulces fontis vndæ	——dulceſq; a fontibus vndæ.	vir.2 .Geo.
fontes manātibus lymphis	Fonteſq; lymphis obſtrepunt manantibus,	Ho.Epo. 2.
	Somnos quod inuitet leuceis.	
riuus garrulus	Garrulus in primo limina riuus erat.	Ou.2. Faſt.
aqua dulcis	Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.	vir. Eclo.5.
muſcoſi fontes	Muſcoſi fontes.	vir. Eclo.7.
fontes gelidi	Hic gelidi fontes.	Ho.Ep. 10.
aquæ caput.i.fons	Stratus nunc ad aquæ lene caput ſacræ.	Ho.1.c.o.1.
fons vini	Viniq; fontem, lactis & vberes Cantare riuos.	Ho.2.c.o.19
	Errare per lucos: amœnæ	Ho.3.c.o.4.
	Quos & aquæ ſubeunt, & auræ.	
fons vitro ſplendidior	O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro,	ibid.o.3.

Dul-

	Dulci digne mero, non sine floribus.	
Ibid.	Te flagrantis atrox hora caniculæ	
	Nescit tangere, tu frigus amabile	
	Fessis vomere tauris	
	Præbes, & pecori vago.	
	Fies nobilium tu quoque fontium	fontes nobiles
	Me dicente cauis impositam ilicem	
	Saxis, vnde loquaces	
	Lymphæ desiliunt tuæ.	
Ou.3. Fast.	——muscoq. adoperta virenti	
	Manabat saxo vena perennis aquæ.	vena perennis
Ou.1.Fast.	Oraq; qua pollens ope suam, fontana reclusi,	ora fontana recludere
	Sumq; repentinas eiaculatus aquas.	eiaculari aquas
Ho.3.c.o.16	Puræ riuus aquæ.	aquæ riuus puræ
Oui.3.Me.	Et petere è viuis libandas fontibus vndas.	fontes viui
Mar.lib.1.	Et quę puniceis fontibus antra calent.	
Claud.1.de	——niueo de pumice fontes	fonteš de pumice
rap.Pro.	Roscida mobilibus lambebant gramina riuis.	riui mobiles
Auctor.	—— & aquis culmina mōtiū vitro limpidio-	aquę limpidiores vitro
	Humectata, lauet commodus aruis (tibus	
	Quos feliciter eminus Euripus repetit.	
Idem.	Clausi frigoribus fonticuli sata	
	Irrorate mero nectare.	
Ou.3. Met.	Fons erat a dextra tenui pellucidus vnda,	fons pellucidus vnda
	Margine gramineo patulos succinctus hiatus.	
ibid.	Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis,	fons illimis, & argenteus vndis
	Quem neque pastores, neque pastæ in monte capellæ	
	Contigerāt, aliudve pecus, quē nulla volucris,	
	Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus:	
	Gramē erat circa, qđ proximus humor alebat,	
	Siluaq; sole locum passura tepescere nullo:	
Tib.lib.4.	Fontibus vt dulces erumpat terra liquores	liquores dulces
Prop.lib.1.	Raram sepositi quęrere fontis aquam.	quærere aquam fontis
Prop.lib.4.	Dij tibi dēt alios fonteis, hæc lympha puellis	
	Auia secreti limitis vna fuit.	
Boet.lib.3.	Fontem visere lucidum.	fons lucidus
Claud.	Clauditur immunis conuexo tegmine riuus,	riuus immunis
	Duratisque vagus fons operitur aquis.	fons operitur aquis
Luc.9.Pha.	——inuentus medijs fons vnus arenis Largus.	fons repertus arenis
Lucr.lib.5.	——quam latè paruus aqua	
	Prata riget fons interdum campisq; redūdet.	fons rigat prata
Manil.l.2.	Vndamque occultis meditantem murmur in antris,	
	Quam neque durato gustarint ore volucres,	
	Ipse nec æthereo Phœbus libauerit igni.	

fons recumbit agro — Eliciũtur aquæ, præcepsq. recumbit agro fons — Politianus.
Vide Fluuius.

FORCEPS.

* Forceps tenax, curua, adunca, denticulata, supina, ahena.

FORES.

* Fores asperæ, robustæ, obseratæ. rigidæ, difficiles, pictæ, celatæ, cereæ, ferreæ, fortes, duræ.

FORFEX.

* Forfex acutus, ferreus, auarus.

FORMA.

* Forma eximia, pulchra, superba, lauta, decens, egregia, honesta, vitrea, ignea, anceps, fugax, argentea, breuis, velox, preciosa, caduca, fluxa, tener, nitens, candida, splendida, decora, venusta, fragilis, placida, lepida, niuea, elegans, virginea.

FORMICA.

* Formica metuens, senectæ, rapax, paruula, frugilega, granifera, repens, solers, patiens laborum, leuis, parua, breuis.

FORMICA.

formica prouida — En formica breuis, sed prouida bestia, condit — Mant.
In brumam noua farra cauis æstate latebris.

formica metuens senectæ — ——atque inopi metuens formica senectæ. — vir. 1. Geor.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua — Ibid.

formica terẽs angustũ iter — Angustum formica terens iter.
Ac velut ingentem formicæ farris aceruum — vir. 4. Aen.

diligentia, & prouidentia formicarum — Cum populant hyemis memores, tectoque reponunt:
It nigrum campis agmen, prędãq; per herbas
Conuectãt calle angusto, pars grãdia trudunt
Obnixæ frumẽta humeris pars agmina cogũt,
Castigãtq; moras, opere omnis semita feruet.

formica fremens — Vt redit, itque fremens longum formica per agmen, — Ou. 1. d̃ ar.
Granifero solitum dum vehit ore cibum.

formicæ frugilegæ — Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo — Ou. 7. Met.
Grande onus exiguo formicas ore gerenteis,
Rugosoque suum seruanteis cortice callem.
Graniferumque agmen subiectis spargere in aruis.

Paruula (nã exẽplo est) magni formica laboris
Ore trahit quodcũq. potest, atq; addit aceruo, — ibid.

haud ignara nec incauta futuri — Quem struit haud ignara, ac non incauta futuri. — Ho. 1. ser. sa. 1.

FORMIDO.

* Formido nigra turpis,atra, trepida, misera, exanguis,tetra, pauida,gelida, horrida, segnis,sæua mæsta.

FORMOSVS, ET FORMA.

* Epitheta formæ, vide supra in voce forma.

FORMOSVS, FORMA PRO Pulchritudine.

Mant.	——fragilis quā noxia formæ Blandimenta	blandimenta formæ
vir.1. Aen.	Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ	præstanti corpore
	Quarum quæ forma pulcherrima.	pulcherrimus forma
ibid.	——spretæq; iniuria formæ.	forma spreta
ibid.	——forma pulcherrima Dido.	pulcherrimus forma
vir.4. Aen.	——ipse interq; alios pulcherrimus omnes.	pulcherrim⁹ ĩter alios
ibid.	——tantum egregio decus enitet ore.	decus enitet ore
ibid.	Omnia Mercurio similis,vocemq; colorēque, Et crines flauos,& membra decora iuuentæ.	membra decora
ibid.	——pectus percussa decorum.	pectus decorum
vir.2. Aen.	——serenos Fædauit vultus.	vultus sereni
vir. 3. Aen.	——& pulchro pectore virgo Pube tenus.	pulchro pectore
Ou.11.Me.	Pulchra verecundo suffundens ora rubore.	ora pulchra
ibid.	——sed te decor iste quod optas Esse vetat,votoq; tuo tua forma repugnat.	
ibid.	——remanet nitor vnus in illa.	nitor
ibid.	——inq; nitentem Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam Bos quoq; formosa est speciē Saturnia vaccæ Quamquam inuita probat.	
ibid.	——nil superest formæ nisi candor in illa.	formæ candor
vir.1.Geo.	At si virgineum suffunderet ore ruborem.	suffundere ruborē ore
vir. Eclo.5.	Formosi pecoris custos,formosior ipse.	pecus formosum
Ho.3.c.o.16	O matre pulchra filia pulchrior.	filia matre pulchrior
ibid.o.19.	——Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius.	
ibid.o.37.	Et lycum nigris oculis,nigroq; Crine decorū.	decorus nigro crine
ibid.o.33.	Insignem tenui fronte.	insignis tenui fronte
Ho.2.c.o 5.	——albo sic humero nitens. Vt pura nocturno renidet Luna mari,Gnidius ve Gyges.	nitens
ibid.o.8.	——enitescis pulchrior multo.	
Ho.3.c.o.9.	Quamquam sidere pulchrior ille est.	pulchior sidere
Mart.li.16.	Sit niue candidior, namque in Mareotide fusca Pulchrior est, quanto rarior ille color: Lumina sideribus certent, mollesq; flagellēt Colla comæ, tortas non amo Flacce comas	candidior niue

Frons breuis, atque modus breuiter sit naribus vncis
Pæstanis rubeant æmula labra rosis.

clarus decore — Clara decore fuit. — Ou.12. Me.
Si modo naturæ formam concedimus illi, — ibid.
Barba erat incipiens, barbæ color aureus, aurea
Ex humeris medios coma dependebat in armos
Gratus in ore vigor, ceruix humeriq;, manusq;
Pectoraq; artificum laudatis proxima signis.
—qua nulla decentior. — ibid.
egregius forma — —egregius forma. — Ou. 5. Met.
forma insignis — Euryalus forma insignis. — vir. 5. Æn.
pulcher forma — —formaq; ante omnes pulcher Iulus. — ibid.
—ante alios pulcherrimus omnes. — vir. 7. Aen.
decus formæ — Hunc decus egregium formæ mouet. — ibid.
pulcherior — —quo pulchrior alter Non fuit Aeneadũ. — vir. 9. Aen.
—ante omnes pulcher Iulus. — ibid.
insignis facie — —insignis facie. — ibid.
caput honestum — Dardanius caput ecce puer detectus honestũ — vir. 10. Aen.
Qualis gemma micat, fuluumque diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli subnectit circulus auro.
Hæret, vt è Pario formatum marmore signum — Ou. 3. Met.
Spectat humi positus geminũ sua lumina sidus
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines
Impubesq; genas, & eburnea colla, decusq;
Oris, & in niueo mistum candore ruborem,
Cunctaq; miratur, quib. est mirabilis ipse,
forma præstante — —forma præstante puellæ. — Oui. ep. 3.
facies insignis — Sit facies quamuis insignis. — Oui. epi. 5.
rerum pulcherrimus — —pulcherrime rerum. — Ou. 1. d̄ ar.
Magna quidem de te rumor præconia fecit, — Ou. epi. 15.
Nullaq; de facie nescia terra tua est,
Ne tibi per vsquam Phrygiæ, nec solis ab ortu
Inter formosas altera nomen habet.
fæmina pulchra — Ne qua femina pulchrior — Catullus.
Claram ab Oceano diem
Viderit venientem:
Talis in vario solet
Diuitis domini hortulo
Stare flos hyacintus.
Non illi quicquam formosius vlla priorum. — Tib. lib. 3.
Aetas, humanum nec videt illud opus.

Intonsi

Intonsi crines longa ceruice fluebant. — descriptio formos.
Spirabat Tyrio myrrhea rore coma:
Candor erat, qualem præfert Latonia lunę,
Et color in niueo corpore purpureus,
Vt iuueni primum virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas:
Vtcum intertexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.
Prop.lib.3. Cuius ut accensæ Dryades candore puellæ.
Statius. Insignis facie, decora cultu. — insignis facie
ibid. Illic egregium, formaq; animisq; videbis — decorus vultu
Marcellū, & celso præsignem vertice nosces. — egregius forma
Oui.ep.17. Quanto cum radijs fulges argentea puris,
Conceduntt flammis sidera cuncta tuis: — formosis formosior
Tanto formosis formosior omnibus illa est,
Si dubitas, cæcum Cynthia lumen habes.
Ou.2.Met. Quanto splendidior, quam cætera sidera fulget — splendidior sideribus
Lucifer & quanto, quā lucifer aurea Phœbe:
Tanto virginibus præstantior omnibus Herso
Ibat, eratq; decus pompæ, comitumq; suarum
Ou.4. Met. ——clarissima forma, — clarissima forma
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum
Illa: nec in tota conspectior ylla capillis
Pars fuit
Sil.Ita.l.12. Dilectus Pœno Cinyps, quo gratior ore — gratus ore
Non fuit, ac nulla nituit plus fronte decoris — nitere fronte decoris
Quale micat, semperque nouum est, quod Tiburis aura.
Pascit ebur vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis rubris aduectus ab Indis.
Sil.Ita.l.17. Virgo erat eximia specie. — virgo specie eximia
Mart.lib.5. Cotile bellus homo es. — homo bellus
Mart.lib.6. —— de cote felix. — felix decore
ibid. Moribus hoc, formæq; datū, quis blādior illo — blandus & ore Apollineo pulchior
Se. in Hip. Aut quis Apollineo pulchrior ore fuit?
ibid. Tenerq; nitidi corporis cecidit decor. — decor corporis tener
Conferat tecum decus omne priscum
Fama miratrix senioris æui:
Pulchrior tanto tua forma lucet, — comparatio formæ cū Sole & Luna
Clarior quanto micat orbe pleno,
Cum suos igneis coeunte cornu
Iunxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe,
Nec tenent stellæ faciem minores,
Qualis est primas referens tenebras
Nuncius noctis modo lotus vndis

	Hesperus pulsis iterum tenebris Lucifer idem	
fulgor radiās in genis	Vt fulgor teneris qui radiat genis	ibid.
	Momento rapitur, nullaq; non dies	
	Formosi spolium corporis abstulit,	
forma fugax est res	Res est forma fugax.	
genæ fulgent	——sed tamen fulgent genæ,	Sen.I Troa.
extremus decor	Magisq; solito splendet extremus decor:	
	Vt esse Phœbi dulcius lumen solet	
forma eminens	Iamiam cadentis, astra cum repetunt vices,	
	——Sit licet forma eminens.	Se.in Octa.
	Namque vt reluxit pellicis captæ decus,	Se. in Her.
	Et fulsit Iole, qualis innubis dies	Oet.
	Purumve claris noctibus sidus micans.	
color niueus,	Forma placet, niueusq; color flauiq; capilli,	Oui.2.Fast.
capilli flaui	Quiq; aderat nulla factus ab arte decor,	
spectabilis facie	—— facie spectabilis.	Ou.4. Fast.
	Cum tibi sit facies, de qua nec femina possit	Mart.lib.7.
facies virginea in pue-	Dicere, cum corpus nulla litura notet.	
ro, & puerilis in virgi-	Talis erat cultu facies, quam dicere verè	Ou.8. Met.
ne	Virgineam in puero, puerilē in virgine posses.	
virgo laudatissima for	Inter Phæstiadas, quæ laudatissima formæ	Oui 9.Me.
dotatissima forma (ma	Dote fuit virgo.	
candidior ligustro	——dotatissima forma.	Ou.11 .Me.
floridior prato	Candidior folio niuei Galatea ligustri,	Ou.13.Me.
splendidior vitro	Floridior prato, longa procerior alno,	
lucidior glacie	Splendidior vitro, platano conspectior alta,	
formosior horto	Lucidior glacie, riguo formosior horto.	
rara facie	Rara quidem facie.	
præstantissima forma,	——labe carens, & præstantissima forma.	Ou.12.Me.
& carens labe	Manet ille decor manet ille genarum	Ou.15.Me.
fulgor & decor genarū	Fulgor.	Cl.3.de rap.
pulchrior phœbo	—— quem vultus honestat.	Pros.
	Princeps corusco sidere pulchrior.	Cla.1.in la.
labra non rosæ colla	——non labra rosæ, non colla pruinæ,	Stilic.
non pruinæ nec crines	Non crineis æquāt violæ. non lumina flāmæ	Cl. in Epi-
violæ nec lumina flā-	Quam vincto leuiter sese discrimine confert	thala 2.
mæ æquantur	Vmbra supercilijs miscet quam iusta pudorem	Cla.3 nup.
	Tēperies? nimio nec sanguine candor abūdat	
digiti Auroræ hume-	Auroræ vincis digitos, humerosq; Dianæ.	
riq; Dianæ	——procul heu cunctis, puerisq; virisq;	Stat.2.Sil.
pulchrior pueris	Pulchrior, & tātū domino minor, illius vnus	
	Ante decor, quantum præcedit clara minoreis	
	Luna faceis, quantumq; alios premit	
visu dulcis, coma gra-	Hesperus igneis.	
tior auro, ignis purpu-	Dulcis adhuc visu, niueo natat ignis in ore	Sta.2.Achi.
reus in ore	Purpureus, fuluoq; nitet coma gratior auro.	
speciosus pelle	—— speciosum pelle decora	Hor 1. Epi.

Qua-

Ou.1.Am. Qualis ab Europa Phrygijs aduecta carinis
Coniugibus belli causa duobus erat :
Qualis erat Leda, quam plumis abditus albis,
Callidus in falsa lusit adulter aue :
Qualis Amymone siccis errauit in agris,
Cum premeret summi verticis vrna comas:
Talis eras.
Stat.2.Ach. His decor est formæ, species permixta virili.
Pontanus. Parcite veloci nimium confidere formæ.
Vide Lucere, Capilli, Virgo.

pulchrior Helene, Leda, & Amymone
formæ decor species virilis
confidere formæ

FORNAX.

* Fornax, caua, vasta, calcaria, terrena, sulphurea, curua, vaporifera, ardens, abrupta, ignea, picea, rapida, profunda, ferraria.

FORNIX PRO LVPANARI.

* Fornix olens, suburranus, olidus.

FORNICE VERO PRO TESTVDINE.

* Fornix flammeus cæli, cauus, testudineus, arcuatus, conuexus, curuus, curuatus, opacus.

FORTVNA.

* Fortuna Ramnusia, omnipotens, lubrica, anceps, nefida, perfida, fortis, rapax, incerta, inconstans, malefida, superba cæca, peruicax, sæuiens, nefanda, Ramnusis, dubia, tristis, acerba, improba, minax, insolens, dura, inuida, noxia, vaga, fallax, fragilis, fatalis, velox, impotens, rapida, potens, sublimis, maligna, volubilis imperiosa, ludens, fugax, volucris, instabilis, insana, iocans, impudens, audax, truculenta, varia, mobilis, mendax, iniqua.

FORTVNA, ET ILLIVS DESCRIPTIO.

Mant. Fortunam antiqui vates dixere bifrontem,
Ou.4.d Pō. Quid facis ah demens? cur si fortuna recedat
Eleg.3. Naufragio lachrymas eripis ipse tuo?
Hęc Dea nō stabili quam sit leuis orbe fatetur
Quę summū dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio, & quauis incertior aura,
Par illi leuitas improbe facta tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.
Diuitis auida est cui non opulentia Cræsi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit
Illa Syracusia modo formidatus in vrbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamē ipse rogauit

fortuna bifrons
multa de inconstantia fortunæ
de Cræso
de Dionysio
Pompeio

Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Iugurthino clarus, Cimbroq; triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit,
de Mario — In Ceno Marius iacuit cannaq; palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.
O Regnorum magnis fallax — Se. in Aga.
Fortuna bonis, in præcipiti,
Dubioq; nimis excelsa locas,
Nunquam placidam sceptra quietem,
Certumve sui tenuere diem.
alia de incõstantia fortunæ — Alia ex alijs cura fatigat,
Vexatq; animos noua tempestas,
Non sic Libycis Syrtibus æquor
Furit alternos voluere fluctus:
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis vnda, niuali
Vicina polo, vbi ceruleis
Immunis aquis lucida versat
Plaustra Bootes:
Vt præcipites regum casus
Fortuna rotat.
——quidquid in altum — ibid.
Fortuna tulit, ruitura leuat.
fortuna opes non animum aufert — Fortuna opes auferre, non animum potest. — Se. in Med.
Fortuna sæuo læta negotio, & — ho. 3. c. o. 29
fotuna ludit ludũ insolentem — Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores
transmutat honores — Nunc mihi, nunc alij benigna.
——valet ima summis — Ho. 1. c. o. 34
Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit: hic posuisse gaudet.
dea cæca — ——Dea cæca. — Mart. lib. 1.
——stat nulla mortalibus vsquam — Sil. Ita. l. 11.
nulla fides fortunę — Fortuna titubante fides.
fortuna malefida — Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret, — Boet. lib. 1.
Pene caput tristis merserat hora meum: — Met. 1.
fortuna nubila mutauit vultum — Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum
Protrahit ingratas impia vita moras.
Si fortuna volet, fies de rhetore consul.
cõsul de rhetore & rhetor de consule fies — Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor, — Iuue. Sat. 5.
O diua gratum quæ regis Antium, — Ho. 1. c. o. 35

Præsens

Præſens vel imo tollere de gradu | diua fortuna
Mortale corpus, vel ſuperbos | tollit de imo
Vertere funeribus triumphos.
Auſon. Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu, | nō ſiſtit in eodē gradu
Semper mouetur, variat, & mutat vices, | mutat vices,
Et ſumma in imum vertit, ac verſa erigit. | ſumma vertit & verſa erigit
Se.in Med. Fortuna forteis metuit, ignauos premit;
Tunc eſt probanda, ſi locum virtus habet. | fortes metuit ignauos premit
vir.5.Aen. Nate Dea, quo fata trahunt, retrahuntque ſequamur.
Quidquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. | ſuperanda ferendo eſt
Tib.lib.1. Verſatur celeri ſors leuis orbe rotæ. | ſors verſatur rota
Tib.lib.3. Nam fortuna ſua tempora lege regit. | regit ſua tempora lege
Boet.lib.2. Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret
ibid. Nam cur tantas lubrica verſat | lubrica verſat vices
Fortuna vices; premit inſontes | premit inſontes
Debita ſceleri noxia pœna,
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio, ſanctaq; calcant
Iniuſta vice colla nocentes.
Luc.2.Pha. ——miſcens aduerſa ſecundis | miſcet aduerſa ſecundis
Seruauit fortuna pares.
Se.in Tyeſ. Anxius ſceptrum tenet, & mouenteis
Cuncta dynaſtas, metuitq; caſus
Mobileis rerum, dubiumq; tempus. | caſus rerum mobiles
Vos, quibus rector maris, atque terræ
Ius dedit magnum necis, atque vitæ:
Ponite inflatos, tumidoſque vultus.
Quidquid a vobis minor extimeſcit,
Maior hoc vobis dominus minatur,
Omne ſub regno grauiore regnum eſt.
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem:
Nemo confidat nimium ſecundis, | ne confidas ſecundis
Nemo deſperet meliora lapſis: | nec deſperas meliora
Miſcet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum:
Nemo tam diuos habuit fauenteis,
Craſtinum vt poſſit ſibi polliceri:
Res Deus noſtras celeri citatis Turbine verſat | res citatæ turbine
Se.in Oed. Vt alta ventos ſemper excipiant iuga,
Rupemque ſaxis vaſta dirimentem freta,
Quamuis quieti verberant fluctus maris,
Imperia ſic excelſa fortunę obiacent. | imperia obiacent fortū
Vide, Aduerſitas.

FORTITVDO.

* Fortitudo armipotens.

FORVM.

* Forum verbosum, litigiosum, turbidum, fremens, triste, clamosum, argutum, raucum, stridulum, venale, iudiciale, cupedturium.

FOSSA.

